Demosthenis
de collectione prooemiorum.

Scripsit

Dr. Silvanus Reichenberger.

Programm

der

Kgl. Bayer. Studienanstalt Landshut

für das Schuljahr 1885/86.

Landshut.
Druck der Jos. Thomann'schen Buchdruckerei.
1886.

Hac aetate, quae flagrat incredibili quadam cupiditate scribendi, haud scio an nemo reperiatur scriptor, in quo unus et alter non iam elaboraverit recensendo. Ac quanto ille fuit clarior et praestantior, tanto maior videlicet est is numerus, qui de eo iudicant. Velut de Demosthene, principe oratorum, a quo non solum nobis orationes, sed etiam epistolae et prooemia tradita sunt, mirum quantum est disputatum. Nam sunt, qui cum orationum maiorem partem, tum maxime epistolas et prooemia genuina esse negent. Alii autem et maximam partem orationum et epistolas et prooemia a Demosthene ipso scripta esse dicunt.

Πίνακες Callimachi quomodo orti sint, qui reputaverit, is sane non mirabitur, si permulti addubitant, utrum omnia opera ab illo in numerum auctorum Graecorum redacta sint genuina necne. Nam copia recipiendorum librorum fuit maior, quam quos is omnes diligentissime examinaverit. Inprimis autem *ἀναγραφῇ τῶν ῥητορικῶν* non ita magna cura facta est, quoniam illa aetate, ubi circumacta turbulenta illa tempestate, qua elata est libera Graecorum respublica, omnes pacem appetebant et desiderabant quietem, ab eo literarum genere, stirpe ac semine gravium procellarum et rerum novarum, non modo Callimachus, sed etiam omnes eius aequales valde abhorrebant.

Quae cum ita sint, Demosthenis de collectione prooemiorum, quam suppositiciam esse plurimi criticorum

recentioris aetatis contendunt, quid ego sentiam, hoc exponam.

Ac primum quidem quaerendum esse mihi v quomodo haec collectio prooemiorum sit orta.

Nam nonnulli velut Spengelius (*Συναγωγὴ τ* Stuttgartiae 1828, p. 110) et Kiesslingius (Allgen teratur-Zeitung v. J. 1832, IV, Ergänzungsbl., Halle-Le p. 365) et Arnoldus Schaeferus (Demosth. u. s. Leipzig 1856/58, III. B., Beil. IV, p. 129) haec prooem multis orationibus et Demosthenis et aliorum oratorum corum exscripta esse contendunt.

De hac re equidem longe aliter sentio. Quae si i haberet, mirandum erat, quod in quinquaginta sex prooe quae nunc exstant, non plus quam quinque ex tot orat bus nobis traditis eaque ex Demosthenis sunt descript

At fieri non potest, ut partem horum prooemiorum Spengelio l. l. videtur, ex multis nunc deperditis D sthenis orationibus conflata esse arbitremur. Neque enir verisimile illum praeter eas, quae supersunt, orationes scrip multas alias, ex quibus haec prooemia sumi potuer

Nam si quis collectionem horum prooemiorum leg percurrerit, haec referenda esse concedet ad orationes pulares. Quae non in omnibus modo codicibus praet inscribuntur *προοίμια δημηγορικά*, sed etiam eodem no notantur ab Harpocratione (Lex. in X or. Attic. s. v. et *ὀρρωδεῖν*) et Polluce (Onom. VI, 143), nisi quod hi quod idem significat, pro *δημηγορικά* scribit *συμβουλευ* Quae cum ita sint, ex popularibus haec prooemia exsc esse orationibus Demosthenis est putandum.

Verum si Demosthenes praeter eas orationes popul quae nunc exstant, etiam scripsisset multas alias, certe

plures earum, ut infra demonstrabimus, in *ἀναγραφήν* Callimachi essent receptae. Sed neque a Dionysio Halicarnasseo, qui *πίνακα* illius sine dubio noverat et publicas orationes Demosthenis omnes nominat non solum quae ei genuinae esse videntur (ep. ad Amm. I), sed etiam quae suppositiciae (de Dem.), neque a quoquam alio criticorum veterum fit mentio ullius orationis Demosthenis publicae, quae nobis non sit tradita, exceptis summum quattuor [1]), ex quibus haud scio an nihil horum prooemiorum sit exscriptum.

Neque est dubitandum, quin, si haec prooemia ex orationibus Demosthenis sumpta essent, id quod iam Uhlius (de prooemiorum collectionis quae Demosthenis nomine fertur origine, Progr., Chemnitz 1885, p. 29) Blassium (Attische Beredsamkeit, III. Abt. I. Absch. p. 283 sqq.) secutus rectissime cognovit, cum prooemia aliarum orationum splendidarum atque gravium, tum maxime prooemium praestantissimae omnium, *περὶ τοῦ στεφάνου*, esset exquisitum.

Sed F. Rankius quoque (Demosth., Encykl. v. Ersch u. Gruber, B. XXIV p. 117) haec prooemia ex Demosthenis orationibus exscripta esse negat, cum intellegi non possit, cur ea mutata, non ad verbum sint descripta.

Ac qui fit, ut ex tot et tam splendidis aliorum oratorum contionibus, quae hodie exstant, ne unum quidem prooemium sit sumptum? At illae scilicet orationes, ex quibus concisa sunt haec prooemia, sunt deperditae. Permirum vero illud nobis esse videtur.

---

1) *Περὶ τοῦ μὴ ἐκδοῦναι Ἅρπαλον* — *Ὑπὲρ τῶν ῥητόρων* — *Διφίλῳ δημηγορικὸς αἰτοῦντι δωρεάς* — *Ἀπολογία δώρων*, quas orationes, si exstabant, ex verbis Dionysii in ep. ad. Amm. I, 12: *πάντες οἱ δημόσιοι λόγοι .... πρὸ τοῦ πολέμου γεγόνασιν, ὡς πρότερον ἐπέδειξα* (scil. c. 4 et 10), *πλὴν ἑνὸς τοῦ περὶ τοῦ στεφάνου*, quod sine ulla dubitatione post pugnam demum apud Chaeroneam compositae sunt, spurias fuisse apparet.

Kiesslingius quidem l. l. in his prooemiis non pauca ex orationibus Lycurgi, Pytheae, Moeroclis, Polyeucti, Hypereidis aliorumque (scil. quorum orationes sunt deperditae) esse arbitratur. Sed fieri non potest, ut eum, qui haec prooemia collegit, orationes istorum orationibus Lysiae et Isaei et Isocratis et Demosthenis praeposuisse putemus.

Qua de re Kiesslingium non recte sensisse, etiam Rankius intellexit, qui (l. l. p. 118, Anmerk.) notavit illum, cum neminem alium oratorum nominasset nisi eos, quorum orationes vel prorsus vel maximam partem perditae essent, ipsum cognovisse, quam sententia sua esset vana.

Sed quid ex orationibus colligere prooemia? Quod facere est insipientis, nisi a magistro quodam artis rhetoricae, ut Kiesslingio l. l. videtur, ea ad exercitationes oratorias collecta esse censemus.

Attamen dubito an a nullo haec prooemia sint exquisita rhetore. Nam optimum quidque magistrum discipulis tradere imitandum, quis est, qui nesciat?

Horum autem prooemiorum, ut infra exponemus, permulta sunt non ita digna, quae imitemur. Itaque multo illustriora et splendidiora et elegantiora, quae tum plurima fuerunt, exemplaria illum magistrum discipulis propositurum fuisse nobis est putandum.

An haec prooemia quisquam ex orationibus complurium oratorum exscripsit, ut ea Demosthenis nomine adscripta Callimacho optime venderet?

Minime vero. Quae quidem illum fallere non potuerunt. Nam cum haec prooemia, ut supra ostendimus, sint *δημηγορικά*, sequitur, ut ea ex orationibus exscribenda fuerint popularibus. Sed fieri non potuit, ut Callimachus Demosthenem tot orationes populares, quas ignoraret, scripsisse putaret.

Ex verbis, quae apud Plutarchum Dem. 11 scripta legimus: *Αἰσίωνα δέ φησιν Ἕρμιππος ἐρωτηθέντα περὶ τῶν πάλαι ῥητόρων καὶ τῶν καθ᾽ αὑτὸν εἰπεῖν ὡς ἀκούων μὲν ἄν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τῷ δήμῳ διαλεγομένους, ἀναγιγνωσκόμενοι δ᾽ οἱ Δημοσθένους λόγοι πολὺ τῇ κατασκευῇ καὶ δυνάμει διαφέρουσιν* elucet partem orationum a Demosthene ipso, cum Aesion, quod apud Suidam (*Δημ.* 1) scriptum est et ab Aristotele (Rh. III, 10) confirmatur, aequalis eius fuisset, esse editam.

Quod verissime cognoverunt et alii homines docti velut Rankius, qui (l. l. p. 88) Demosthenis orationes publicas et populares statim habitas multis exemplis divulgatas esse contendit atque K. F. Hermannus, cui tres orationes Olynthiacae (A. Schäfer, Dem. u. s. Zeit, III. B. Beil. p. 322), ut illius verbis utar, ein politisches Pamphlet esse videntur [1]), et A Schaeferus, cum l. l. ita dicat: „Bei einem grossen Teile der öffentlichen Reden kann es keinem Zweifel unterliegen, dass er, nachdem sie gehalten waren, die letzte Hand daran legte und sie in Umlauf setzte, teils zu eigener Rechtfertigung . . . ., teils um seine Ratschläge in weiteren Kreisen und nachhaltender wirken zu lassen, als das gesprochene Wort es zu thun vermochte“.

At quas orationes a Demosthene potius editas esse censes quam populares? Quae, cum ad utilitatem atque salutem habitae essent non unius cuiusdam hominis, sed totius populi, sed omnium Graecorum, ut in vulgus emanarent, illum maxime operam dedisse nobis est putandum.

1) Cf. etiam: Die Attikusausgabe des Dem. v. W. Christ (Abhandlungen der philos.-philol. Klasse der K. Bay. Akademie der Wissenschaften 16. B. 1882, p. 218).

Itaque orationes populares maximam partem a Demo-sthene ipso editas esse contendere non dubito.

Sed illae duae orationes, quarum alteram Demosthene legatum ad Messenios missum, alteram de occupatione Elatea certiorem factum habuisse ex secunda oratione Philippica 7 22 et oratione de corona 286, 8 apparet, ab illo oratore ide editae non esse videntur, quod summa earum iam in ill orationibus paulo post compositis sit dicta. Nam secunda orationem Philippicam habuit Demosthenes eodem ann quo apud Messenios contionatus erat, et orationem de co-rona non ita multo post, quam Elatea capta dixerat, pra paravit, etiamsi ea octo demum annis post hac causa mult difficultatibus obstructa haberi potuit.

Ceterum duae orationes, quas Demosthenes apud Me senios et Elatea capta in contione Atheniensium dixit, nu iustae et perfectae fuerint, ambigi potest. Certum est illu orationem apud Athenienses habitam non eadem cura diligentia, qua in exarandis ceteris orationibus elabora consueverat, praeparare potuisse. Nam vespere Elatea captam esse Athenas nuntiatum erat et iam postero d prima luce populus in comitio congressus, ubi Demosthene cum nemo in adhortatione praeconis ad dicendum surge ausus esset, hanc orationem habuit [1]). Ac missus ad Messe-nios ille magis personam interpretis quam oratoris sustinuis mihi videtur.

Quae cum ita sint, dubium non est, quin Callimachu maximam partem orationum popularium, quippe quae ia a Demosthene sine ulla dubitatione editae essent, nove et in bibliothecam condiderit Alexandrinam. Nam illu qui non ita multis fuit annis, postquam eloquentia Gra

1) or. de cor. 284, 20 sqq.

corum floruerat, ex opibus Philadelphi, regis artium liberalium studiosissimi, omnes orationes, quaecunque conquiri poterant, praesertim cum a viris nobilibus conscriptae essent, undique maximo pretio coëmisse satis constat.

Et quisquam censebit Callimachum a Demosthene praeter orationes populares sibi notas etiam quinquaginta sex alias, ex quibus desumpta essent haec prooemia, perfectas esse putasse? Minime.

Praeterea doctissimi viri recentissimae aetatis velut W. Christus l. l. p. 232 opera Demosthenis omnia mortui iam in Attica, non demum Alexandriae edita esse contendunt, unde Callimachum eo minus decipi potuisse apparet.

At haec collectio prooemiorum nisi ex orationibus descripta est, quomodo tandem est facta?

Mea quidem sententia haec collectio prooemiorum a Demosthene ipso est composita, nisi quod ei, ut infra explicabimus, postea compluria alia eius sunt adiuncta.

Prooemia gravissimas partes orationum esse et veteres in illis exarandis maximum studium consumpsisse apparet. Hic mihi liceat afferre, quae Spengelius (*Συναγωγὴ τεχνῶν*) dicit de prooemiis p. 103: „Oratorem maxime in principio et fine valde exercitatum et eloquentem esse res ipsa fere flagitat .... Itaque multam dare debebant veteres operam, cum bene exordiri perdifficile sit pluraque id genus in mente habere, e quibus, quod rei agendae conveniret, eligerent"; et p. 104: „factum (est), ut externae hae orationis partes quae non tam ad rem ipsam diiudicandam quam ad populum et iudices permovendos pertinent, magni existimarentur momenti, et iam a primis artificiosae eloquentiae oratoribus, quibus in foro et iudicio erat dicendum, in suum aliorumque usum solae elaborarentur".

Ac profecto et Antiphontem[1]) et Critiam[2]) et Cephalum[3]) et Thrasymachum[4]) tales collectiones prooemiorum scripsisse est nobis traditum.

Quae cum ita sint, quid obstat, quin Demosthenem quoque eiusmodi collectionem composuisse arbitremur?

At hanc collectionem, ut Blassio l. l. videtur, circiter annum trecentesimum undequinquagesimum a Demosthene conscriptam esse, quod in ea ex orationibus post illud tempus habitis neque tota prooemia neque magnae partes, sed summum singulae conformationes et verba repetantur, ego non intellego. Nam primo etiam in eis orationibus, quae post annum trecentesimum undequinquagesimum habitae sunt, non solum parvas sed etiam magnas partes ex his prooemiis sumptas reperimus tum eisdem tum similibus verbis velut in or. de Chers. 99, 12 et in prooem. I. 1419, 3; in or. de fals. leg. 368, 12 et in prooem. II. 1419, 25; in or. Phil. III. 110, 15 et in or. Phil. II. 68, 17 atque in prooem. VII. 1423, 1 et in prooem. IX. 1425, 1 et in prooem. XVII. 1429, 17 et prooem. XXXII. 1441, 11; in or. de cor. 319, 14 et in prooem. XII. 1426, 15; in or. Phil. II. 74, 4 et in prooem. XV. 1428, 20 et XXXVIII. 1447, 4; in or. de cor. 292, 16 et in prooem. XXV. 1436, 1; in or. Phil. III. 111, 23 et in prooem. XXX. 1440, 8; in or. de cor. 291, 13 et in prooem. XXXV. 1444, 21; in or. de Chers. 109, 12 et in prooem. XLI. 1449, 14; in or. Phil. IV. 141, 3 et in prooem. XLI.

1) Frg. 70—72 apud Suidam et Pollucem.

2) Hermog. *π. ἰδ* Sp. II, p. 416: *ἔχει δὲ πολλαχοῦ καὶ μάλιστα ἐν τοῖς δημηγορικοῖς προοιμίοις καὶ τὸ ἀληθινόν τε καὶ πιθανόν.*

3) Suid. *Κέφαλος ῥήτωρ καὶ δημαγωγός, ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους προσέθηκε.*

4) Athen. X, 416 A.

1450, 4; in or. Phil. III. 125, 2 et in prooem. XLII. 1450, 9; in or. de cor. 227, 23 et in prooem. XLVI. 1454, 6; in or. de fals. leg. 341, 14 et in prooem. XLIX. 1456, 16; in or. de Chers. 106, 6 et in or. Phil. IV. 149, 17 et in or. de cor. 271 et in or. c. Eubul. 1313, 8 et in prooem. LIII. 1459, 20; in or. Phil. II. 73, 21 et in prooem. LVI. 1462, 10. Deinde Demosthenes haec prooemia conscripsit, ut iis, quando et quomodo sibi liberet, uteretur. Itaque ex eo, quod ille in orationibus usque ad annum trecentesimum undequinquagesimum habitis ea magis usurpavit quam in posterioribus, totam collectionem circiter illud tempus exortam esse efficere non possumus. Nam prooemia huius collectionis, quae hodie superest, constant maximam partem ex locis communibus, unde efficitur, ut in omnibus fere orationibus popularibus adhiberi potuerint. Atque vir ille doctissimus ipse l. l. Demosthenem, qui omnem orationem habendam antea summa cura ac diligentia meditatus esset, ad ipsam hanc partem orationis (ad prooemia) collectionem locorum communium, qui ad omnes orationes convenirent, vel exemplarium, quae ad imitandum proposita essent, sibi exarasse verisimillimum esse contendit.

Itaque his communibus locis atque exemplaribus in posterioribus orationibus non minus quam in prioribus Demosthenem, si ei libuisset, uti potuisse est arbitrandum.

Quid autem his prooemiis in orationibus uti posterioribus Demostheni non licuisse putas? Immo vero hanc collectionem si Demosthenes tum demum, ut Blassio videtur, composuisset, in ipsis posterioribus illum orationibus adhibiturum fuisse est putandum, nisi forte Demosthenem collectionem exemplarium conscripsisse censemus, ne ea imitaretur.

An Demosthenes haec prooemia adhibere noluisse tibi videtur nisi in iis orationibus, quas eodem tempore habuit,

quo illa composuit? Minime. Nam qui fit, ut nihilo secius in secunda et tertia oratione Olynthiaca, quae orationes populares et ipsae anno trecentesimo undequinquagesimo habitae erant, nullum illorum tot prooemiorum sit usurpatum?

Mihi quidem Demosthenes hanc collectionem prooemiorum multo ante, quam Blassius opinatur, scripsisse videtur. Nam vestigia horum prooemiorum in primis orationibus Demosthenis haud leviter sunt pressa. Quas si percurrimus, non paucos locos huius collectionis in eis repeti invenimus [1]).

Magnus enim fuit in prooemiis campus locorum communium, quos cognoscere eorum erat, qui volebant fieri oratores. Nemo igitur dubitabit, quin, qui se ad dicendum collaturi erant, iam adulescentes in scholis rhetorum, ut locos communes quam plurimos haberent paratos, prooemia componendi fuerint studiosissimi. Itaque Demosthenes iam iuvenis, priusquam ad rempublicam accederet, hanc collectionem prooemiorum, ut in hac gravissima parte orationis se exerceret, conscripsisse mihi videtur.

Sed cum haec prooemia, ut in quibuslibet orationibus postea habendis adhiberi possent, tota ex locis communibus constare deberent, fieri non potest, ut ea, quae ad orationem ipsam spectant, in hac fuerint collectione, quam Demosthenes iuvenis exaravit.

In his numeranda sunt prooemia VII, VIII, XXVII, XXI, XXIV, XXXVII, XLV, quae mihi Broughamum (Works, vol. VII. p. 35 sqq.) et Blassium l. l. secuto ad singulas

1) Cf. or. c. Aphobum III. 844, 9 et prooem. XLVI. 1454, 6 et prooem. XXVI. 1436, 23; or. de cor. trier. 1233, 4 et prooem. XXXII. 1441, 6 et prooem. XXXIII. 1442, 20 et prooem. XLVI. 1453, 19; or. de class. 180, 9 et prooem. L. 1457, 6; or. de Megalop. 202, 15 et prooem. XIX. 1430, 25; or. de Megalop. 210, 22 et prooem. XII. 1426, 15; or. de Timoc. 739, 20 et or. de Aristoc. 690, 6 et prooem. LIII. 1459, 20.

orationes scripta et postea, ut infra exponemus, huic collectioni addita esse videntur.

Ac profecto prooemium VII in oratione de classibus, prooemium VIII in oratione pro Megalopolitis, prooemium XXVII in oratione de libertate Rhodiorum eisdem fere verbis adhibitum invenimus. Itaque dubitari non potest, quin haec prooemia non ita multo ante quam illae orationes ipsae sint conscripta. Sed etiam prooemia XXI et XXIV aliquot annis post composita sunt quam illa collectio. Nam quod Broughamus l. l. notavit de prooemio XXIV, idem de prooemio XXI dicendum esse mihi videtur. Haec duo prooemia si legerimus, sicut prooemium XXIV primo scriptum est, ut in oratione de libertate Rhodiorum usurparetur, ita prooemium XXI principio ad primam orationem Philippicam exaratum esse inveniemus. Nam sententiae eorum cum illis orationibus singularibus congruunt optime.

Blassius quidem (l. l. 283 Anmerk.) Broughamum recte sentire negat. Sed haec res non ita se habet; nam Broughamus prooemium XXIII, non XXII, ut illi videtur, primo ad orationem de libertate Rhodiorum scriptam esse notavit. Hoc autem est in editione Dindorfii prooemium XXIV, de quo Broughamus mihi quidem rectissime sensisse videtur. Nam res est haec.

Anno trecentesimo quinquagesimo septimo bellum sociale exortum est, quia Rhodii, Chii, Coi, Byzantii, Perinthii, Selymbrii, Chalcedonii, divitissimi et potentissimi omnium sociorum, ab Atheniensibus pressi ac vexati defecerant[1]).

Qui timentes, ne Ochus, rex Persarum, hostibus suis auxilio veniret, ea conditione, ut illi liberi essent, auctore Eubulo pacem fecerunt[2]).

1) Diodorus 16, 7. Dem. or. de libert. Rhod. 191, 5, 11; 198, 10, 14.
2) Diod. 16, 22.

Sed vix illud bellum confectum erat, cum ex omnibus fere civitatibus, quae modo ab Atheniensibus desciverant, popularis potestatis amici a singulis, qui rerum potiebantur, Mausolo, rege Cariae, urgente sunt eiecti [1]).

Itaque ab insulanis de iniuriis acceptis certiores facti statim legatos ad hunc regem miserunt, qui, ne contra foedus faceret, admonerent. Sed frustra; immo hae insulae in eius potestatem sunt redactae [2]).

Itaque Rhodii, cum eis ne mortuo quidem illo rege copia domos redeundi facta esset, Athenienses denuo adierunt et oraverunt, ut sibi auxilium ferrent.

Unde factum est, ut Demosthenes haberet orationem de libertate Rhodiorum.

Jam si quis prooemium XXIV leget, nihil in eo reperiet, quod ad hanc rem non conveniat.

Velut orator legatos Rhodiorum vituperat, quod Athenienses iniuste accusaverint.

Haec accusatio mihi quidem id spectare videtur, quod Athenienses Rhodiis non iam pridem venerunt auxilio.

Tum orator demonstrat Athenienses optimo iure affectos esse maxima indignatione in Rhodios, quorum res eis plus negotii facessant quam suae; nam hos, quotienscunque suo Marte bellum gesserint, ab illis de temeritate ac perversitate deductos esse et iam saepe servatos.

Quibus verbis orator et bella, quae Rhodii inter se gesserunt, et defectionem ab Atheniensibus, quam iterum ac saepius moliti sunt, designare videtur.

Atque ex initio prooemii, ubi orator sibi, quamquam primum apud populum contionetur, in hac causa ignoscen-

1) Dem. or. d. l. Rh. 191, 14; 194, 12; 196, 1. Diod. 15, 95.

2) Dem. or. d. l. Rh. 191, 14; 194, 26; 198, 18; or. c. Timoc. 703, 20 et schol. AR principio orationis.

dum esse demonstrat, hoc quidem iam ante orationem de classibus, quam primam Demosthenis orationem popularem fuisse constat, conscriptum esse elucet.

Quod verisimillimum esse videtur, quia legati, de quibus supra diximus, ut Boehneckius F. I. 729 rectissime cognovit, iam anno trecentesimo quinquagesimo quinto ad Mausolum regem sunt missi. Sed oratio de classibus habita est anno trecentesimo quinquagesimo quarto.

Sed verbis, quae in hoc prooemio extremo legimus, orator significare videtur Athenienses a Rhodiis, Chiis aliisque insimulatos esse, quod eos, quibuscum societatem inissent, in potestatem suam redigere contenderent. Atque eandem sententiam invenimus etiam in prooemio orationis de libertate Rhodiorum.

Praeterea in prooemio XXIV exstant duo loci, qui in oratione de libertate Rhodiorum habita eisdem fere verbis leguntur (prooem. 1435, 2 et or. 191, 4; prooem. 1435, 15 et or. 195, 1).

Quae cum ita sint, in prooemio XXIV nihil est, quod ab hac re abhorreat.

Neque magis in prooemio XXI quisquam recte offendat. Nam duae res, quas orator in hoc prooemio significat, Hellespontia et Marathonia, incidunt altera in annum trecentesimum quinquagesimum tertium vel secundum, quo Paralos[1]) sacra triremis a piratis de litore Marathonio est abducta, altera in annum trecentesimum quinquagesimum secundum, ubi Philippus in Thraciam expeditionem fecit, in qua Heraeum, castellum Propontidi adiacens, oppugnavit; qua de re ab Cersoblepte docti Athenienses maximas copias instruere decreverunt, sed anno demum postea Charidemum cum decem navibus inanibus miserunt in Hellespontum[2]).

1) Dem. or. Phil. I. 50, 1.
2) Dem. or. Olynth. III. 29, 22 sqq.

Hinc efficitur, ut hae res primae orationi, quam viri doctissimi anno trecentesimo quinquagesimo primo eamque post expeditionem Charidemi in Hellespontum habitam esse docuerunt[1]), nihil repugnent.

Praeterea in hoc prooemio invenimus non solum similes sententias quas in prima oratione Philippica (prooem. 1432, 24 et or. 44, 4; prooem. 1432, 19 et or. 53, 24) sed etiam magnas partes, quae eisdem fere verbis repetuntur (prooem. 1432, 25 sqq. et or. 44, 4).

Quae cum ita sint, nihil obstat, quin prooemia XXI et XXIV ab initio ad eas, quas supra diximus, orationes scripta esse contendamus. Sed cum ea Demostheni ob aliquam causam displicuisse videantur (illa enim nimis lata et vaga fuisse opinor), ad has duas orationes alia prooemia exaravit.

Atque prooemium XXXVII quoque eodem fere tempore, quo oratio de libertate Rhodiorum habita est, conscriptum esse mihi videtur. Nam etiam in insula Lesbo, quae cum Euboea bello sociali Atheniensibus fidem servaverat, eodem fere tempore res sunt novatae. Nam Mytilenis quoque respublica in paucorum ius atque dicionem concesserat[2]). Itaque ipsi Mytilenaei ab Atheniensibus auxilium petivisse et cum hi laborantibus succurrere morarentur, questi esse videntur, quod, quamquam semper in fide eorum mansissent, tamen desererentur.

Ad hanc rem in prooemio XXXVII verba referenda esse puto, quibus iniuriam Mytilenaeis illatam auxilio ferendo expiandam esse demonstratur.

Hoc prooemium Demosthenes composuisse videtur, quod

---

1) Arnoldus Schaeferus, Demosth. u. s. Zeit, II. B. p. 68 et 71. Blassius, die att. Bereds., III. Abt. p. 262.

2) Dem. or. d. l. Rh. 196, 1; de republ. ord. 168, 14; or. c. Aristoc. 667, 9.

de Mytilenaeis orationem habere cogitabat. Sed quoniam oratione, quam de libertate Rhodiorum habuerat, Athenienses adducere non potuit, ut Rhodiis subsidia submitterent[1]), cognitionem de contione pro Mytilenaeis habenda abiecisse videtur.

De prooemio XLV rem ita se habere existimo.

Anno trecentesimo undequadragesimo in verno Amphictyonum concilio Delphis habito Locrenses Amphissii a Thebanis incitati rogaverunt, ut populus Atheniensium quinquaginta talentis multaretur, quod in templo novo, priusquam inauguratum esset, scuta aurea suspendisset hoc epigrammate scripto: „Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων, ὅτι τἀναντία τοῖς Ἕλλησιν ἐμάχοντο“[2]).

Qua de rogatione docti Athenienses omnes tanta iracundia efferbuerunt, ut Thebanis bellum illico indicere voluerint. Neque est dubium, quin Athenienses pro implacabili odio, quo Thebanos iam dudum persequebantur[3]), statim illis bellum illaturi fuerint, nisi Philippus cum exercitu suo subito Graeciam intravisset[4]).

Itaque illo tempore, quo Athenienses de iniuria sibi illata certiores facti cum Thebanis protinus bellare voluerunt, Demosthenes orationem habiturus fuisse videtur, qua illos admoneret, ne temere agerent, sed tum demum, cum satis armati ac parati essent, invaderent hostem. Quem ad finem oratorem hoc prooemium perfecisse arbitror.

Sed vix Philippus omnibus necopinantibus Elateam, ia-

---

1) Dem. de pace 63, 17.

2) Aesch. c. Ctesiph. 116, 5. F. Frankius de decretis Amphictyonum p. 7.

3) Dem. or. Olyn. I. 16, 20; III. 30, 27; de cor. 230, 27. Plut. Dem. 17. Aesch. c. Ctesiph. 116, 70.

4) Dem. de cor. 281, 26—284, 18.

nuam Boeotiae et Atticae ingressus erat, cum Demosthenes non solum consilium orationis contra Thebanos habendae prorsus deposuit, sed etiam societati cum illo populo ineundae studiosissime dedit operam.

Jam quod Rankius (l. l. p. 117 Anmerk.) notavit prooemium IX specialibus rebus contineri, non generalibus, in eandem cum eo sententiam, nisi quod ex eis, quae supra diximus, significavit, equidem discedere nequeo. Nam cetera omnia ita sunt composita, ut ex locis constent communibus.

Velut prooemia I, XIV, XV, XX, XXX, XXXVIII, XXXIX, XLI in omnibus orationibus adhiberi possunt, quibus respublicas male se habere docetur.

Ac prooemia II, XVI, XXII, XL, XLII, XLVI continentur locis communibus, qui pertinent ad socios.

In prooemiis XLVIII et LV agitur de magistratibus, qui neque officio suo satisfaciunt et e republica quam maximam utilitatem percipere contendunt.

Denique in prooemio LIV diis pulcherrime litatum esse demonstratur.

Reliqua prooemia sunt omnia eiusmodi, ut in omnibus orationibus popularibus usurpari possint. Nam in his legimus, ut verbis Blassii l. l. p. 283 utar: „Mahnungen zum ruhigen Anhören, Verheissungen kurz und sachlich zu reden, Tadel gegen die anderen Redner, die sich zanken und in leeren schönen Worten sich ergehen und was der Art mehr ist“.

Itaque haud facile est intellectu a Demosthene, cum iam in solem atque pulverem processisset, tantum numerum prooemiorum communium et vagorum esse exaratum. Nam illum, cui eo tempore iam tempestates ac procellae in concionum fluctibus subeundae erant, in talibus rebus rhetoricis elaborandi et studium et tempus defecisse equidem existimo.

Itaque Demosthenes haec prooemia iam aliquot annis prius, quam rempublicam capesseret, confecisse mihi videtur.

Quae cum ita sint, facile intellegemus, quamobrem unum vel alterum in prooemiis huius collectionis sit vituperandum, unde factum est, ut compluribus criticorum velut Dobraeo (Adversaria ed. Jac. Scholefield, t. I, p. 520) tota collectio suppositicia esse videretur. Nam cum illa a Demosthene exarata sint, quo tempore hic etiam haerebat in tirociniis, quid mirum, si in eis quaedam sunt, quae reprehendas?

G. H. Schaeferus, qui (appar. crit. T. V. p. 661 et 693) hanc collectionem Demosthenicam esse contendat, in duobus prooemiis, LIV et LV, offendit.

Quorum alterum suspectum esse ei videtur, quod in eo, ut opinor cum Blassio (l. l. p. 286 Anmerk.), semel atque iterum nomina adiectiva sunt coacervata.

Haec dictio, quamquam Demosthenes in ceteris orationibus ab ea alienus est, tamen a consuetudine sermonis Graeci non abhorret.

Unde efficitur, ut non sit, cur illud prooemium suppositicium esse existimemus.

Neque prooemium LV vir ille doctissimus Demosthenis esse existimat, quod color orationis abhorreat a Demosthenico.

Blassius quidem Schaeferum in verbis: *ὅραμα τοῦτ' ἐποιεῖτο ὁ δῆμος αὑτοῦ — χώραν ἀτέλεστον ἔχουσιν αὐτοὶ τετελεσμένοι* offendisse arbitratur.

At ego in his verbis nihil absurdi esse existimo. Nam *ὅραμα* intellegendum est passivum, ut hic locus: *ἀλλ' ὅραμα τοῦτο ἐποιεῖτο ὁ δῆμος αὑτοῦ καλὸν .... καὶ λυσιτελὲς τῇ πόλει*, reddatur Latine: spectaculum hac re populus praebuit sui praeclarum et utile reipublicae; vernacule: aber dadurch (quod ii, qui rempublicam gubernabant, fuerunt considerati atque probi cives, non, ut ex hoc prooemio

extremo elucet, peregrini, qui non civitatis, sed suam ipsorum utilitatem spectant) machte das Volk eine schöne Repräsentation seiner selbst, die zugleich auch nützlich war für den Staat.

Neque offendi potest in verbis: οἳ ποιοῦσι μὲν οὐδὲν, χώραν δὲ ἀτέλεστον ἔχουσιν αὐτοὶ τετελεσμένοι.

Nam ἀτέλεστον proleptice positum est, ut hic locus ita sit interpretandus: welche nichts thun und eine Stelle bekleiden, ohne sie auszufüllen.

Jam vocabulo ἀτέλεστον adductus orator, ut paronomasiam haberet, scripsit τετελεσμένοι. Neque sub verbo τέλειν hic ulla alia notio subicienda est nisi einweihen, installieren, quod in mysteriis adhibetur et hoc loco eadem ratione, qua dicitur τελετὰς τελεῖσθαι, improprie cum χώραν est coniunctum, ut ad τετελεσμένοι sit subaudiendum χώραν. Itaque haec verba ita sunt transferenda: obgleich sie (Stelle) ihnen auf ihre Veranlassung hin (id est παραγγέλλοντες) übertragen worden ist.

Quibus verbis impulsi scriptores posterioris aetatis [1]) fieri potest, ut τελεῖν omnino usurpent pro creare.

Sed quod Cobetus (Miscellanea Critica p. 64 et 474) docet in or. de rep. ord. 171, 18 pro τελεσθῆναι στρατηγός emendandum esse αἱρεθῆναι, in illius equidem sententiam abire nequeo.

Nihil enim est dubium, quin haec verba huius orationis ex illo prooemio desumpta sint, praesertim cum etiam alii loci huius orationis locis illius prooemii sint simillima [2]).

---

1) Libanius in declamatione nuper edita (Hermes. 1874. p. 39. 18): ἄλλους τελοῦντες ἄρχοντας, οὓς χειροτονητοὺς καλοῦμεν.

2) Or. de rep. ord. 171, 18: οὐκ ἀνδρὸς ἔργον οὐδὲν πρᾶξαι et prooem. LV 1461, 14: οἳ ποιοῦσι μὲν οὐδέν; or. 172, 6: τοιγαροῦν ὑμῖν περίεστιν ἐκ τούτων ὁ δεῖνα χαλκοῦς καὶ ὁ δεῖν' εὐδαίμων et pr.

Sed hoc in prooemio verbum *τελεῖν* ab oratore scriptum est consulto.

Quibus rebus expositis illud prooemium satis bonam sententiam habere mihi videtur neque ulla causa est, cur id non Demosthenis esse arbitremur.

Jam nobis, cum prooemia, quae sunt in editione Dindorfii Emm. Bekkerum secuti quinquaginta sex, percurrimus, inprimis illud vituperatione dignum esse videtur, quod non solum permulta eorum latissima sunt, sed etiam in illis ea, quae sequuntur, saepius dissident a prioribus.

Quod iam et prius Wolfius atque G. H. Schaeferus (l. l. p. 661—721) et nuper Blassius (l. l. p. 282 Anmerk.) intellexerunt, quamobrem ea prooemia, quae admodum fusa sunt aut in quibus posterius non ita valde convenit priori, codices partim secuti, qui ipsi de numero inter se non congruunt, in plura sunt partiti. Itaque illi ex editione Dindorfii prooemia I, II, XXII, XXV, XLIV, XLVI in duo, prooemium XXIII in tria diviserunt, ut vocabulis *οὖν* et *δέ* deletis nova ordiantur in prooemio I, 1418, 22 a verbis: *εἰ μὲν εἶχε καλῶς*, in prooem. II, 1420, 11 a verbis: *τὸ μέν, ὦ ἄ. Ἀ., μὴ πάνθ' ὡς*, in prooem. XXII, 1433, 16 a verbis: *χρὴ μὲν οὕτως ἅπαντας ἔχειν*, in prooem. XXV, 1436, 7 a verbis: *εἰ μὲν εὑρημένον ἦν πῶς*, in prooem. XLIV, 1451, 17 a verbis: *εἰ μὲν ἅπαντες ἐγιγνώσκετε ταὐτά*, in prooem. XLVI, 1454, 6 a verbis: *βουλοίμην ἂν ὑμᾶς, ὦ ἄ. Ἀ.*, in

1461, 7: *ἐπειδὰν ὁ δεῖνα εὐδαίμων καὶ ὁ δεῖνα ὑμῖν ᾖ;* or. 172, 8: *οἱ δ' ἄλλοι μάρτυρες τῆς τούτων εὐδαιμονίας κάθησθε* et pr. 1461, 8: *οἱ δ' ἄλλοι περιίητε τὰ τούτων ἀγαθὰ ζηλοῦντες.* Cf. etiam or. de rep. ord. 170, 2: *οὕτω πολλὰ καὶ ψευδῆ καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα ἀκούειν συνεθίσθε* et prooem. XV. 1428, 16: *οὕτω πολλὰ καὶ ψευδῆ καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα τοῖς πράγμασι συνειθίσθαι μοι δοκεῖτε ἀκούειν.*

prooem. XXIII, 1434, 3 a verbis: *τὴν μὲν ἀρχὴν εἰ καλῶς* et 1434, 8 a verbis: *ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην ἄν.*

Quamquam sententiam horum de Demosthene optime meritorum virorum comprobare non possum.

Nunquam enim in prooemio I, 1418, 15 — 1418, 22, in prooem. XXII, 1433, 16 — 1433, 22, in prooem. XXIII, 1434, 3 — 1434, 8 et 1434, 8 — 1434, 14, in prooem. XLIV, 1451, 12 — 1451, 17, in prooem. XLVI, 1454, 6 — 1454, 12 plena ac iusta prooemia esse mihi persuadebitur.

Praeterea Wolfius etiam compluria alia partitus est, quod illi, ut opinor, ea nimis lata sunt visa. Sed haec nova prooemia, quia cum antecedentibus nimium cohaerent, fieri non potest, ut seiungi possint.

Quo in numero habeo etiam prooem. XXXIV, in quo Wolfius a verbis: *οὐδαμῶς, ὦ ἄ. Ἀ., οὔτε τὰ πράγματ' ἄν* 1443, 17 approbante Schaefero novum est orsus.

Sed de his prooemiis ego ita sentio. Demosthenis, cum haec prooemia componeret, minus interfuit prooemia scribere perfecta et absoluta quam conquirere locos communes quam plurimos, quibus suo tempore uteretur, non ita valde curans de latitudine eorum aut utrum posterius priori apte conveniret necne.

Qua in re si paulum offensum est, oratori adulescenti ignoscere non dubitabimus.

Itaque non est, cur. Imm. Bekkerum, quod prooemia huius collectionis tantum in quinquaginta sex diviserit, vituperemus, cum alii ea in sexaginta duo et amplius sint partiti.

Sed Demosthenem in hac collectione non tam perfecta ac iusta prooemia, quae ad singulas orationes, quas habere cogitabat, confecerat, quam locos communes plurimos, quibus, ut sibi liberet, uteretur, congerere voluisse satis elucet e ratione, qua haec prooemia in orationibus suis adhibuit.

Nam ex undequinquaginta prooemiis collectionis, quam Demosthenes conscripsit (non enim sunt, ut supra explicavimus, septem in hac collectione numeranda), tantum duo elegit, ut ea adhiberet ad prooemia, dico prooemia I et III, quorum altero in prima oratione Philippica, altero in prima oratione Olynthiaca est usus.

Sed haec usurpavit non eadem, quae in collectione legimus, sed denuo pertractavit, quo factum est, ut nonnulla verba, quae ei parum idonea esse videbantur, mutaret et omnia, quae supervacanea erant, prorsus omitteret.

Itaque facile intellegitur, cur haec prooemia orationum a prooemiis collectionis, qua in re Spengelius l. l. p. 110 et Ar. Schaeferus l. l. p. 129 offendunt, sint discrepantia.

Ac de sex prooemiis collectionis I, II, XV, XIX, XLVI, XLIX, singuli loci, ut postea demonstrabimus, desumpti et in prooemiis orationum sunt usurpati. Ex prooemio XXX orator magnam partem et in prooemio tertiae orationis Philippicae et in tractatione primae orationis Philippicae adhibuit. Sed ceteris locis, quos ille ex his prooemiis sumpsit, omnibus in tractatione et in epilogo orationis est usus.

Quod quo dilucidius cognoscamus, infra afferemus locos et sententias horum prooemiorum, quas in aliis Demosthenis orationibus repetuntur:

Prooem. I. 1419, 1: *ἐπειδὴ δ᾽, ὡς ἅπαντες ὁρᾶτ᾽, ἔχει* (scil. *τὰ πράγματα*) *δυσκολίαν κ. τ. λ.*	Orat. de pace 57, 1: *Ὁρῶ μὲν, ὦ ἄ. Ἀ., τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δυσκολίαν ἔχοντα κ. τ. λ.*
Prooem. I. 1419, 3: *πρῶτον μὲν οὖν ὑμᾶς· ἐκεῖνο ἐγνωκέναι δεῖ, ὡς οὐδὲν ὧν ἐποιεῖτε ἐπὶ τοῦ πολεμεῖν ὄντες*	Orat. Olynth. II. 24, 27: *τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστὸν, εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς ὧν τοῖς πολεμοῦσι προσ-*

τοῦ λοιποῦ πρακτέον ἐστὶν, ἀλλὰ πάντα τἀναντία.

Prooem. I. 1419, 8: ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐκ τῶν τοιούτων ἐλπίδων καὶ λόγων εἰς πᾶν προελήλυθε μοχθηρίας τὰ παρόντα.

Prooem. I. 1419, 12: καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς, εἰ μὲν, ὅσ' ἂν τῷ λόγῳ τις ὑπερβῇ λυπῆσαι μὴ βουλόμενος, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, αἰσχρόν ἐστι φενακίζειν ἑαυτούς.

Prooem. II. 1419, 19: οὐχὶ ταὐτὰ γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρίσταταί μοι, ὅταν τό τε τῆς πολιτείας ὄνομα ὑμῶν ἀκούσω, καὶ ὅταν τὸν τρόπον, ὃν προσφέρονταί τινες ὑμῶν τοῖς ὑπὲρ ταύτης λέγουσιν ἴδω. τὴν μὲν γὰρ πολιτείαν κ. τ. λ.

Prooem. II. 1419, 25: ὃ καὶ θαυμάζω τίς ποτε κ. τ. λ.

ἥκει τοῦ πάντα ποιοῦντος ἃ δεῖ περιῆμεν et orat. de Chers. 99, 12: ἐγὼ μὲν τὸ δικαιότατον καὶ ἀληθέστατον τοῦτ' ἀποκρίνουμαι, ταῦτα μὴ ποιεῖν ἃ νυνὶ ποιεῖτε κ. τ. λ.

Orat. Olynth. III. 29, 17: ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐκ τοῦ πρὸς χάριν δημηγορεῖν ἐνίους εἰς πᾶν προελήλυθε μοχθηρίας τὰ παρόντα.

Orat. Philipp. I. 51, 5: ἀλλ' εἰ μὲν, ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, αἰσχρόν ἐστι φενακίζειν ἑαυτούς.

Orat. Olynth. III. 28, 13: οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω καὶ ὅταν πρὸς τοὺς λόγους οὓς ἀκούω· τοὺς μὲν γὰρ λόγους κ. τ. λ.

Orat. de fals. legat 368, 12: ὃ καὶ θαυμάζω εἰ τὸν κ. τ. λ.

Prooem. IX. 1424, 25: λήσει τὸ ῥᾷστον τῶν ἔργων ποιῶν, αὑτὸν ἐξαπατῶν.

Prooem. IX. 1425, 1: ἐγὼ δὲ νομίζω χρῆναι τὸν πόλει περὶ πραγμάτων ἐπιχειροῦντα συμβουλεύειν μᾶλλον ὅπως τὰ δόξαντα συνοίσει σκοπεῖν ἢ ὅπως οἱ παραχρῆμα λόγοι χάριν ἕξουσι. δεῖ γὰρ τοῖς ἐπὶ τῶν λόγων εὐδοκιμοῦσι συμφέροντός τινος ἔργου πρᾶξιν προσεῖναι, ἵνα μὴ νῦν μόνον, ἀλλ' ἀεὶ τὰ ῥηθέντα καλῶς ἔχῃ et prooem. XVII. 1429, 17: ἀλλὰ τῷ τοὺς μὲν ἑαυτῶν ἕνεκα δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι, τοὺς δὲ μήπω τούτου δεδωκότας πεῖραν μᾶλλον ὅπως εὖ δόξουσι λέγειν σπουδάζειν ἢ πῶς ἔργον ἐξ ὧν λέγουσί τι συμφέρον πραχθήσεται et prooem. XXXII. 1441, 11: νῦν δ' ἔνιοί μοι δοκοῦσι παντάπασι τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου δόξαν ἠγαπηκότες τῶν μετὰ ταῦτα συμβησομένων ὑμῖν οὐδὲν φροντίζειν et prooem. XXXIII. 1442, 24: καὶ γὰρ ὡς δικαιότατοι τῶν Ἑλλήνων ἐστὲ, πολλὰ εἰπεῖν καὶ ἑώρων καὶ ὁρῶ, καὶ ὡς ἀρίστων προ-

Orat. Olynth. III. 33, 28: διόπερ ῥᾷστον ἁπάντων ἐστὶν αὑτὸν ἐξαπατῆσαι.

Orat. Phil. III. 110, 15 sqq. et orat. Olynth. III. 34, 14 sqq. et orat. de lib. Rhod. 201, 2 sqq. vide infra p. 34.

γόνων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸν χρόνον ἡσθῆναι ποιήσαντα ὅσον ἂν ῥηθῇ, μετὰ ταῦτα οἴχεται· δεῖ δὲ πράξεώς τινος τὸν λέγοντα φανῆναι σύμβουλον, δι' ἣν καὶ μετὰ ταῦτα ἀγαθοῦ τινος ὑμῖν ἔσται παρουσία et prooem. VII. 1423, 1—8 vide infra p. 34.

Prooem. XII. 1426, 15: οὕτω τινὰ μισεῖν ἢ φιλεῖν.	Orat. de cor. 319, 13: τὸ τοὺς αὐτοὺς μισεῖν καὶ φιλεῖν et orat. de Megalop. 210, 22: οὔτε φιλῶν οὐδετέρους οὔτε μισῶν.
Prooem. XV. 1428, 11: καίπερ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ.	Orat. Olynth. I. 12, 2: καίπερ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ πολλῶν.
Prooem. XV. 1428, 13: ὅντινα μέντοι χρὴ τρόπον πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, τοῦτο παμπόλλην δυσκολίαν ἔχειν νομίζω, οὐχ ὡς οὐ συνησόντων ὅ τι ἂν τις λέγῃ κ. τ. λ.	Orat. Olynth. III. 29, 8: ἐγὼ δὲ οὐχ ὅ τι χρὴ περὶ τῶν παρόντων συμβουλεῦσαι χαλεπώτατον ἡγοῦμαι, ἀλλ' ἐκεῖν' ἀπορῶ, τίνα χρὴ τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς ὑμᾶς περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, οὐ τῷ μὴ συνιέναι.
Prooem. XV. 1428, 18: δέδοικα μὴ τῷ τὰ νῦν βέλτιστα	Orat. Olynth. III. 31, 29: οὐ γάρ ἐστι δίκαιον τὴν μὲν

εἰπόντι, ἣν τοῖς ἐξηπατηκόσι προσῆκεν ἀπέχθειαν ὑπάρχειν παρ' ὑμῶν, ταύτην ἀπενέγκασθαι συμβῇ.

Prooem. XV. 1428, 20: ἐρῶ γὰρ ὑμᾶς πολλάκις οὐ τοὺς αἰτίους τῶν πραγμάτων μισοῦντας, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περί αὐτῶν εἰπόντας τι πρὸς ὑμᾶς. οὐ μὴν ἀλλά κ. τ. λ. et prooem. XXXVIII. 1447, 4: τὸ δὲ μὴ τοῖς αἰτίοις, ἀλλὰ πᾶσιν ἐφεξῆς ὀργίζεσθαι κ.τ.λ. et ibidem 1447, 10: ἔγωγε οὐκ ἀγνοῶ ὅτι πολλάκις οὐ τοῖς αἰτίοις, ἀλλὰ τοῖς ἐμποδὼν οὖσι τοῖς ὀργιζομένοις ἀηδές τι παθεῖν συνέβη· ὅμως δ' κ. τ. λ.

Prooem. XIX. 1430, 24: μηδετέροις ἀδικοῦντι πρὸς ἀμφοτέρους διαβεβλῆσθαι.

Prooem. XXII. 1433, 16: χρὴ μὲν οὖν οὕτως ἅπαντας ἔχειν τὴν διάνοιαν περὶ τῶν ἀδικουμένων, ὥσπερ ἄν, εἴ τι γένοιτο, ὃ μὴ συμβαίη, τοὺς ἄλλους ἀξιώσειε πρὸς αὑτὸν ἕκαστος ἔχειν.

χάριν, ἣ πᾶσαν ἔβλαπτε τὴν πόλιν, τοῖς τότε θεῖσιν ὑπάρχειν, τὴν δ' ἀπέχθειαν, δι' ἧς ἂν ἅπαντες ἄμεινον πράξαιμεν, τῷ νῦν τὰ βέλτιστα εἰπόντι ζημίαν γενέσθαι.

Orat. Olynth. I. 13, 29: ἐγὼ δ' οὐκ ἀγνοῶ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅτι πολλάκις ὑμεῖς οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ· οὐ μὴν κ. τ. λ. et orat. Philipp. II. 74, 4: ὁρῶ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἐνίους οὐκ εἰς τοὺς αἰτίους, ἀλλ' εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα μάλιστα τὴν ὀργὴν ἀφιέντας.

Orat. de Megalop. 202, 15: χαριεῖται μὲν οὐδετέροις, διαβεβλήσεται δὲ πρὸς ἀμφοτέρους.

Orat. de libert. Rhod. 196, 15: ἔπειτα καὶ δίκαιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δημοκρατουμένους αὐτοὺς τοιαῦτα φρονοῦντας φαίνεσθαι περὶ τῶν ἀτυχούντων δήμων, οἷάπερ ἂν τοὺς ἄλλους ἀξιώσαιτε φρονεῖν

Prooem. XXIII. 1434, 1: οὐ μὴν οἶμαι δεῖν, ταύτην τὴν φιλανθρωπίαν διώκων, λέγειν παρ' ἃ συμφέρειν ὑμῖν ἡγοῦμαι.

Prooem. XXIII. 1434, 8: ἐγὼ μὲν οὖν ἐβουλόμην ἄν, ὥσπερ ὅτι ὑμῖν συμφέρει τοῦ τὰ βέλτιστα λέγοντος ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον καὶ τὰ βέλτιστα εἰπόντι· πολλῷ γὰρ ἂν ἥδιον εἶχε. νῦν δὲ φοβοῦμαι μέν, ὅμως δὲ ἅ γε πιστεύω χρηστὰ φανεῖσθαι, κἂν ὑμεῖς μὴ πεισθῆτε, οὐκ ἀποτρέψομαι λέγειν.

Prooem. XXV. 1436, 1: οὐ λογιζόμενοι τοῦθ' ὅτι τοῦ μὲν ζητῆσαι καὶ λογίσασθαι τά βέλτισθ', ὡς ἄνθρωπος, καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν αὐτὸς ἕκαστός ἐστι κύριος, τοῦ δὲ πραχθῆναι ταῦτα καὶ συνενεγκεῖν ἐν τῇ τύχῃ τὸ πλεῖστον μέρος γίγνεται. ἔστι δὲ ἄνθρωπον ὄντα ἀγαπητὸν τῆς αὑτοῦ διανοίας λόγον ὑπέχειν· τῆς δὲ τύχης προσυποσχεῖν ἕν τι τῶν ἀδυνάτων.

περὶ ὑμῶν, εἴ ποθ', ὃ μὴ γένοιτο, τοιοῦτό τι συμβαίη.

Orat. Olynth. I. 14, 3: οὐ μὴν οἶμαι δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ' ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι.

Orat. Philipp. I. 54, 29: ἐβουλόμην δ' ἂν, ὥσπερ ὅτι ὑμῖν συμφέρει τὰ βέλτιστα ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον καὶ τῷ τὰ βέλτιστα εἰπόντι· πολλῷ γὰρ ἂν ἥδιον εἶπον. νῦν δ' ἐπ' ἀδήλοις οὖσι τοῖς ἀπὸ τούτων ἐμαυτῷ γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ συνοίσειν ὑμῖν, ἂν πράξητε, ταῦτα πεπεῖσθαι λέγειν αἱροῦμαι.

Orat. de cor. 292, 16: τότε τοίνυν τὰ μὲν ἔμελλεν, ὡς ἐδόκει, τῶν δεινῶν, τὰ δ' ἤδη παρῆν, ἐν οἷς τὴν προαίρεσίν μου σκόπει τῆς πολιτείας, μὴ τὰ συμβάντα συκοφάντει. τὸ μὲν γὰρ πέρας, ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ, πάντων γίγνεται. ἡ δὲ προαίρεσις αὐτὴ τὴν τοῦ συμβούλου διάνοιαν δηλοῖ. μὴ δὴ τοῦτο ὡς ἀδίκημα ἐμὸν θῇς, εἰ κρατῆσαι συνέβη Φιλίππῳ τῇ μάχῃ· ἐν

Prooem. XXX. 1439, 27: ἐπειδὴ δὲ τὰ μὲν παρεληλυθότα οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι κ. τ. λ. et prooem. XLI. 1449, 9: ἐπειδὴ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι κ. τ. λ.

Prooem. XXX. 1440, 6: μόλις γὰρ οὕτως ἐλπὶς ἐκ πολλοῦ διώκοντας τὰ προειμένα ἑλεῖν δυνηθῆναι.

Prooem. XXX. 1440, 8: ἔπειτ' οὐκ ἀθυμητέον τοῖς γεγενημένοις· ὃ γάρ ἐστι τῶν παρεληλυθότων χείριστον, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. τί οὖν τοῦτ' ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ὅτι οὐδὲν ὑμῶν τῶν δεόντων ποιούντων κακῶς ἔχει τὰ πράγματα· ἐπεὶ εἴ γε πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ γενέσθαι βελτίω.

γὰρ τῷ θεῷ τὸ τούτου τέλος ἦν, οὐκ ἐν ἐμοί.

Orat. Olynth III. 30, 9: τὰ μὲν δὴ τότε πραχθέντα οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι κ. τ. λ.

Orat. Philipp. I 51, 17: καὶ μὴ τὰ συμβάντα ἀναγκάζωνται διώκειν.

Orat. Philipp. I. 40, 11: Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀθυμητέον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ' εἰ πάνυ φαύλως ἔχειν δοκεῖ. ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. τί οὖν ἐστι τοῦτο; ὅτι οὐδέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν κακῶς τὰ πράγματα ἔχει, ἐπεί τοι εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι et
orat. Philipp. III. 111, 23: τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. τί οὖν

Prooem. XXXII. 1441, 6: Ἐβολόμην ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἴσην σπουδὴν ἐνίους τῶν λεγόντων ποιεῖσθαι ὅπως τὰ βέλτιστα ἐροῦσιν ὅσηνπερ ὅπως εὖ δόξουσι λέγειν, ἵν' οὗτοι μὲν ἀντὶ τοῦ δεινοὶ λέγειν ἐπιεικεῖς ἐνομίζοντο εἶναι, τὰ δ' ὑμέτερα, ὥσπερ ἐστὶ προσῆκον, βέλτιον εἶχε et prooem. XXXIII. 1442, 20: καὶ πλείω σπουδὴν τοῦ δοκεῖν ἐπιεικὴς εἶναι ἢ τοῦ δεινὸς εἰπεῖν φανῆναι ποιοῖτο et prooem. XLVI. 1453, 19: εἰ γὰρ ῥήτορες δεινοὶ μᾶλλον εἶναι δοκεῖν ἢ μετ' ἀληθείας ἐπιεικεῖς ἄνθρωποι νομίζεσθαι προείλοντο κ. τ. λ.

Prooem. XXXV. 1444, 20: εἰ γὰρ ἐξὸν παραινεῖν ὅταν σκοπῆτε, βεβουλευμένων κατηγορεῖν αἱροῦνται, συκοφαντῶν ἔργον, οὐχ, ὡς φασὶν, εὔνων ποιοῦσιν ἀνθρώπων.

ἐστι τοῦτο; ὅτι οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα οὐδὲν τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν κακῶς τὰ πράγματ' ἔχει, ἐπεί τοι, εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων οὕτω διέκειτο, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ γενέσθαι βελτίω.

Orat. de cor. trier. 1233, 4: ἔπειθ' οὕτως ὀλιγωροῦσι τοῦ δοκεῖν ἐπιεικεῖς εἶναι καὶ παντελῶς τἄλλα πάρεργα πρὸς τὸ λαβεῖν νομίζουσιν κ. τ. λ.

Orat. de cor. 291, 13: ἦν μὲν τοίνυν τοῦ δικαίου πολίτου τότε δεῖξαι πᾶσιν, εἴ τι τούτων εἶχεν ἄμεινον, μὴ νῦν ἐπιτιμᾶν. ὁ γὰρ σύμβουλος καὶ ὁ συκοφάντης, οὐδὲ τῶν

	ἄλλων οὐδὲν ἐοικότες, ἐν τούτῳ πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρουσιν· ὁ μέν γε πρὸ τῶν πραγμάτων γνώμην ἀποφαίνεται καὶ δίδωσιν ἑαυτὸν ὑπεύθυνον τοῖς πεισθεῖσι, τῇ τύχῃ, τοῖς καιροῖς, τῷ βουλομένῳ· ὁ δὲ σιγήσας ἡνίκ᾽ ἔδει λέγειν, ἄν τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει.
Prooem. XLI. 1449, 9: *ἐπειδὴ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι, δεῖ δ᾽ ὑπὲρ τῶν λοιπῶν προνοηθῆναι ὅπως μὴ ταὐτὰ πείσεσθε κ. τ. λ.*	Orat. Olynth. III. 30, 9: *Τὰ μὲν δὴ τότε πραχθέντα οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι· νῦν δ᾽ ἑτέρου πολέμου καιρὸς ἥκει τις, δι᾽ ὃν καὶ περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μὴ ταὐτὰ πάθητε.*
Prooem. XLI. 1449, 14: *καὶ νομίζειν μηδένα ἔχειν λόγον εἰπεῖν τῶν συμβουλευόντων τοιοῦτον, ὃς δυνήσεται σῶσαι τὰ παρόντα μηδενὸς ὑμῶν μηδὲν συναραμένου.*	Orat. de Cherson. 109, 12: *οὐχ ὁρῶ λόγον ὅστις ἄνευ τοῦ ποιεῖν ὑμᾶς ἃ προσήκει δυνήσεται τὴν πόλιν σῶσαι.*
Prooem. XLI. 1449, 26: *τὸ δὲ μὴ πάλαι πάντ᾽ ἀπολωλέναι τῆς ὑμετέρας τύχης εὐεργέτημ᾽ ἔγωγε κρίνω.*	Orat. Olynth. I. 12, 5: *τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι ...... τῆς παρ᾽ ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ᾽ ἂν ἔγωγε θείην.*
Prooem. XLI. 1450, 4: *οὐ γὰρ ἔσθ᾽ ὅπως ταῦτ᾽ ἄνευ μεγάλου τινὸς στήσεται κ. τ. λ.*	Orat. Philipp. IV. 141, 3: *καὶ τὸν φόβον, ὡς οὐ στήσεται τοῦτο ἄνευ μεγάλου τινὸς κακοῦ.*
Prooem. XLII. 1450, 9:	Orat. Philipp. III. 125, 2:

τὸ τοὺς εἰδότας ὑμᾶς ταῦτα πολλάκις ἥδιον τούτων ἀκούειν ἢ τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων.

Prooem. XLIII. 1451, 4: οὐδὲν γὰρ οὔτε φυλαττομένοις οὕτω δεινὸν ὥστ᾽ ἀφύλακτον εἶναι, οὔτε ὀλιγωροῦσιν ἀπροσδόκητον παθεῖν.

Prooem. XLVI. 1454, 6: βουλοίμην δ᾽ ἂν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἴσους ἀκροατὰς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι κ. κ. λ. et prooem. XXVI. 1436, 22: δεῖ μέντοι περὶ πραγμάτων μεγάλων βουλευομένους κοινῶς ἁπάντων ἐθέλειν ἀκούειν τῶν συμβουλευόντων κ. τ. λ.

Prooem. XLIX. 1456, 16: τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ἅπαντας ἔγωγε ὁρῶ τὴν ἀειλογίαν προτεινομένους κ. τ. λ.

Prooem. L. 1457, 6: ἀλλὰ δεῖ νῦν εὖ βεβουλευμένους ἡμᾶς φανῆναι, τότε δὲ, ἂν ἄρα ταῦτα δοκῇ, τὰ τῆς ἀνδρείας ἀποδείξασθαι.

Prooem. LIII. 1459, 20: ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν.

ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας πολιτεύεσθαι δεδώκατε τούτοις ἢ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν λέγουσιν.

Orat Philipp. I 41, 2: ὅτι οὐδὲν οὔτε φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστι φοβερὸν οὔτ᾽ ἂν ὀλιγωρῆτε, τοιοῦτον οἷον ἂν ὑμεῖς βούλοισθε κ. τ. λ.

Orat. de cor. 227, 23: παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν κ. τ. λ. et orat. contra Aphobum III. 844, 9: νῦν δὲ σὺν θεοῖς εἰπεῖν, ἄνπερ ἴσοι καὶ κοινοὶ γένεσθ᾽ ἡμῶν ἀκροαταὶ κ. τ. λ.

Orat. de fal. leg. 341, 13: τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ..... τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προτεινομένους κ. τ. λ.

Orat. de class. 180, 9: ἀλλ᾽ ἐκεῖνο καὶ χαλεπὸν καὶ προσῆκον, ἐπὶ μὲν τῶν κινδύνων τὴν ἀνδρείαν ἐνδείκνυσθαι, ἐν δὲ τῷ συμβουλεύειν φρονιμώτερα τῶν ἄλλων εἰπεῖν ἔχειν.

Orat. Olynth. III. 36, 19: οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν; orat. de Cherson.

106, 6: *καὶ γάρ τοι τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι κ. τ. λ.* et eadem verba in orat. Philipp. IV. 149, 17; orat. de cor. 271, 1: *πλούσιος ἐκ πτωχοῦ διὰ τουτουσὶ γεγονώς*; orat. de Aristoc. 690, 6: *ἐκ πτωχῶν εὔποροι*; orat. de Timocr. 739, 20; *ἐκ πενήτων πλούσιοι γιγνόμενοι*; orat. contra Eubul. 1313, 8: *πολλαὶ δ' ἐκ πενήτων πλούσιαι.*

Prooem. LIII. 1460, 1: *ὁμοιότατα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδόντες ὑμῖν. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτε ἀποθνήσκειν ἐᾷ.*	Orat. Olynth. III. 37, 24: *ἃ τοῖς (ἀσθενοῦσι) παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ.*
Prooem. LIV. 1460, 15: *ἦν δ' ὑμῖν τὰ .... ἱερὰ ἀσφαλῆ καὶ βέβαια κ. τ. λ.*	Orat. de fals. leg. 372, 2: *τὸ γὰρ ἀσφαλὲς αὐτῆς* (pacis) *καὶ τὸ βέβαιον οὗτοι προὔδοσαν.*
Prooem. LVI. 1462, 10: *οὔτ' εἰσὶ λόγοι πολλοὶ μὴ βουλομένοις μάτην ἀδολεσχεῖν κ. τ. λ.*	Orat. Philipp. II. 73, 21: *οὐδ' ἵνα τὴν ἄλλως ἀδολεσχῶ.*

Quae cum ita sint, Demosthenem in hac collectione magis conquirendis locis communibus quam iustis et absolutis prooemiis studuisse concedemus.

Jam quod etiam ex iis prooemiis, quae orator ad singulas orationes ipsas exaravit, et parvae et magnae partes

sive eisdem sive similibus verbis in aliis orationibus postea habitis repetuntur, id nihil est mirum. Nam haec quoque maximam partem ex locis communibus constant, unde fit, ut in quibuslibet orationibus adhiberi potuerint. Sed omnes fere locos horum prooemiorum nihilo minus quam ceterorum in aliis partibus orationum, non in prooemiis usurpatos videmus. Loci autem sunt hi:

Prooem. VII. 1423, 1: *Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες, ὦ ἄ. Ἀ. τοὺς προγόνους ὑμῶν λόγον εἰπεῖν μοι δοκοῦσι προαιρεῖσθαι κεχαρισμένον, οὐ μὴν συμφέροντά γε ἐκείνοις, οὓς ἐγκωμιάζουσι ποιεῖν. περὶ γὰρ πραγμάτων ἐγχειροῦντες ὧν οὐδ' ἂν εἷς ἀξίως ἐφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ, αὐτοὶ μὲν τοῦ δύνασθαι λέγειν δόξαν ἐκφέρονται, τὴν δ' ἐκείνων ἀρετὴν ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης παρὰ τοῖς ἀκούουσι φαίνεσθαι ποιοῦσιν* et prooem. IX. 1425, 1—7 et prooem. XVII. 1429, 17—21 et prooem. XXXII. 1441, 11—13 et prooem. XXXIII. 1442, 24—30.

Orat. Phil. III. 110, 15: *εὑρήσετε διὰ τοὺς χαρίζεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα λέγειν προαιρουμένους, ὧν τινες μέν, ὦ ἄ. Ἀ., ἐν οἷς εὐδοκιμοῦσιν αὐτοὶ καὶ δύνανται, ταῦτα φυλάττοντες οὐδεμίαν περὶ τῶν μελλόντων πρόνοιαν ἔχουσιν κ. τ. λ.* et orat. de lib. Rhod. 201, 2: *ἐνθυμουμένους ὅτι χαίρετ' ἀκούοντες, ὅταν τις ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ὑμῶν καὶ τὰ πεπραγμένα ἐκείνοις διεξίῃ καὶ τὰ τρόπαια λέγῃ* et orat. Olynth. III. 34, 14: *ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω τὴν τῶν πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν χάριτος αἱρεῖσθαι. καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας ἀκούω, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόντες ἅπαντες κ. τ. λ.* et orat. Phil. II. 68, 17: *καὶ μετὰ ταῦτα πράξαντας ταῦθ' ἃ πάντες μὲν*

ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' οὐδεὶς εἰπεῖν δεδύνηται, διόπερ κἀγὼ παραλείψω δικαίως (ἔστι γὰρ μείζω τἀκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι) κ. τ. λ.

Prooem. VII. 1423, 16: εἰ δὲ παρελθὼν ὁστισοῦν δύναιτό τι διδάξαι καὶ πεῖσαι τίς παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν πορισθεῖσα χρήσιμος ἔσται τῇ πόλει, πᾶς ὁ παρὼν λέλυται φόβος.

Orat. Phil. I. 44, 7: ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται .... οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ πάσχοιμεν ἂν κακῶς.

Prooem. XXI. 1432, 19: ἐγὼ δὲ βούλομαι τοὺς ἐχθροὺς ὑμᾶς ἀμυνομένους ὀφθῆναι πρότερον ἢ τοὺς πολίτας κρίνοντας· οὐ γὰρ ἡμῖν αὐτοῖς πολεμεῖν μᾶλλον ἢ ἐκείνοις ἐσμὲν δίκαιοι.

Orat. Phil. I. 53, 24: νῦν δ' εἰς τοῦθ' ἥκει τὰ πράγματα αἰσχύνης, ὥστε τῶν στρατηγῶν ἕκαστος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται παρ' ὑμῖν περὶ θανάτου, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδ' ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίσασθαι περὶ θανάτου τολμᾷ κ. τ. λ.

Prooem. XXI. 1432, 22: ἵν' οὖν μή, τὸ ῥᾷστον ἁπάντων, ἐπιτιμήσω μόνον κ. τ. λ.

Orat. Olynth. I. 13, 27: τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι κ. τ. λ.

Prooem. XXI. 1432, 24: δεηθεὶς ὑμῶν μὴ ...... ἀναβαλεῖν νομίσαι με κ. τ. λ.

Orat. Phil. I. 44, 4: μηδ' .... ἀναβάλλειν με τὰ πράγματα ἡγείσθω.

Prooem. XXI. 1432, 25: οὐ γὰρ οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες μάλιστ' εἰς τὸ δέον λέγουσιν· οὐ γὰρ ἂν τά γ' ἤδη

Orat. Phil. I. 44, 4: οὐ γὰρ οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες μάλιστα εἰς δέον λέγουσιν· οὐ γὰρ ἂν τά γε ἤδη γεγενη-

γεγενημένα κωλῦσαι δυνηθείημεν τῇ νυνὶ βοηθείᾳ· ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ διαμεῖναι δυνήσεται, ἕως ἂν ἢ περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν ἢ πεισθέντες διαλυσώμεθα τὸν πόλεμον. οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ σχοῖμεν ἂν κακῶς cf. etiam prooem. VII. 1423, 16.

μένα τῇ νυνὶ βοηθείᾳ κωλῦσαι δυνηθείημεν· ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται, ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθέντες τὸν πόλεμον ἢ περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν· οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ πάσχοιμεν ἂν κακῶς.

Prooem. XXIV. 1435, 2: ἄξιον δ' εἶναί μοι δοκεῖ διὰ ταῦτα τοῖς θεοῖς χάριν ὑμᾶς ἔχειν κ. τ. λ.

Orat. de lib. Rh. 191, 4: ἔστι μὲν οὖν ἓν ὧν ἐγὼ νομίζω χάριν ὑμᾶς τοῖς θεοῖς ὀφείλειν κ. τ. λ.

Prooem. XXIV. 1435, 15: οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως τούτοις μὲν εἵμαρται μηδέποτ' εὖ πράττουσιν εὖ φρονῆσαι.

Orat. de lib. Rh. 195, 1: εὖ μὲν γὰρ πράττοντες οὐκ οἶδ' εἴ ποτ' ἂν εὖ φρονῆσαι ἠθέλησαν κ. τ. λ.

Prooem. XXIV. 1435, 20: ἕτεροι δέ τινες καταδουλοῦσθαι βουλόμενοι τοὺς αὑτῶν πολίτας διαβάλλουσι πρὸς ὑμᾶς.

Orat de lib. Rh. 191, 9: τὰς παρὰ τῶν διαβαλλόντων τὴν πόλιν ἡμῶν βλασφημίας ἔργῳ μετὰ δόξης καλῆς ἀπολύσασθαι.

Hisce iam absolutis proximum est, ut breviter disputemus, utrum hanc collectionem prooemiorum Demosthenes ediderit an alius.

Dubium non est, quin Demosthenes, ut supra explicavimus, praecipue orationes publicas et eas privatas ediderit, quas sui defendendi causa habuerat, non item commentarios tam parvos et exiguos quam prooemia huius collectionis. Itaque haec prooemia, utcunque critici de aliis rebus iudi-

cant, non a Demosthene ipso in publicum emissa esse omnes consentiunt. Quae a rhetore quodam edita esse plurimi contendunt. Mihi quidem ea Demosthene mortuo[1]) eius discipuli vel propinqui, nisi fallor, Demochares, filius eius sororis, qui illi oratori heres fuerat, in publicum dedisse videtur. „Wir müssen nämlich der Schule des Demosthenes, inquit rectissime Blassius l. l p. 63, insbesonders denen, die wie Demochares auch verwandtschaftlich ihm nahe standen, in Bezug auf die schriftliche Hinterlassenschaft eine weitgreifende Thätigkeit beimessen; denn er hatte gewiss nicht alles, was uns vorliegt, selbst herausgegeben. .... So ... werden unter dem Nachlass auch kürzere Aufzeichnungen gewesen sein, die für sich nichts bedeuteten und nicht herausgegeben waren.“ Jam in his schedis[2]), quae a Demosthene Demochari relictae erant, non solum collectio prooemiorum et complures aliae orationes, quae nondum editae erant, sed etiam illa septem prooemia, quae supra diximus, fuisse mihi videntur. Sed quia illo tempore ab Alexandrinis undique libri inprimis illustrium scriptorum conquisiti et maximo pretio coëmpti sunt, etiam illas literas Alexandriam deportatas esse arbitror. Neque Callimachus hanc collectionem illis septem prooemiis adiunctis in numerum operum Demosthenis redigere dubitavit, non quod haec prooemia ex orationibus illius oratoris descripta esse censeret (hoc enim credere vetitus est primo ipso prooemio, quod a prooemio primae orationis Philippicae vehementer abhorret), sed quia a Demosthene more aliorum oratorum velut Antiphontis, Critiae, Cephali, Thrasymachi illa, quibus in orationibus uteretur, per otium praeparata esse existimavit.

---

1) Cf. Berliner philosoph. Wochenschrift, 1885, Nr. 45, p. 1418 infra.
2) Cf. Die Attikusausgabe von W. Christ l. l. p. 214.

Quibus rebus ad finem iam perductis restat, ut etiam stilum, quo haec prooemia scripta sunt, Demosthenicum esse ostendamus. Quamquam Uhlius libello, quem supra laudavimus, hanc partem quaestionis tam diligenter ac copiose tractavit, ut eandem rem in disceptationem vocare supervacaneum esse mihi videatur. Qui in collectione prooemiorum non solum locutiones, verba, structuras verborum a Demosthenis ratione atque consuetudine dicendi non abhorrere, sed etiam ornatum et compositionem cum illius orationibus satis congruere fuse lateque explicavit.

Sed quod in his prooemiis complures loci sunt, qui in aliis orationibus Demosthenis non reperiuntur, inde effici non potest, ut illa prooemia, in quibus hi loci exstant, sint suspecta, nisi forte Demosthenem copiam suam verborum totam in orationes excussisse censemus.

His dictis illam collectionem non exscriptam ex contionibus neque Demosthenis neque aliorum oratorum, sed ab illo ipso, priusquam ad rempublicam accederet, ut ea uteretur non modo in prooemiis, sed etiam in ceteris partibus orationis, in tractatione et epilogo, compositam et post eius mortem auctam illis septem, quae ad singulas orationes conscripta erant, a discipulis eius vel propinquis editam esse satis demonstrasse nobis videmur.

Appendicem huius quaestionis ad singula prooemia, quorum textum desumpsimus ex editione Dindorfii, annotationes criticas et exegeticas infra afferemus.

Prooemium I.

Initium huius prooemii usque ad 1418, 23: *ἐπειδὴ δ' ὡς ἅπαντες ὁρᾶτ'* efficit prooemium orationis Phil. I, quod usque ad 1418, 19: *ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν* ad verbum ex collectione sumptum est, nisi quod inter *τῶν ῥηθέντων* in hoc *ὑπὸ τούτων* est positum. Inde orator compluria mutavit verba aliis, quae illi ad prooemium huius orationis aptiora esse videbantur; nam pro *περὶ τούτων νυνὶ σκοπεῖτε* scripsit *συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν* et pro *μετὰ τούτους δοκεῖν λέγειν* legimus *συγγνώμης τυχάνειν*. Praeterea in loco: *εἰ μὲν οὖν εἶχε καλῶς τὰ πράγματα, οὐδὲν ἂν ἔδει συμβουλεύειν* posuit: *εἰ γὰρ ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τὰ δέοντα οὗτοι συνεβούλευσαν, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύεσθαι.* —

1418, 17] *τῶν εἰωθότων* — scil. *γνώμην ἀποφήνασθαι.* Reiskius.

1418, 22] *μετὰ τούτους* — Reiskio olim *κατὰ τούτους* fuisse videtur, quod equidem nego. Mihi *μετὰ τούτους* recte se habere videtur, ut hic locus interpretandus sit post hos, non secundum hos, ut Wolfius contendit. Quibus verbis haec sententia est subicienda: Quoniam, quibus de rebus iam antea hi oratores saepe verba fecerunt, de his nunc consultatis, post hos me orationem habere aequum esse mihi videtur, etiamsi primus (scil. ex iis, qui de iisdem rebus

nunc contionaturi sunt) surrexi ad dicendum. *Μετὰ τούτους λέγειν* interpretari: secundum hos dicere, id est illis assentiri, ut Wolfio videtur, praeterquam quod *μετὰ* in notione secundum scriptores orationis solutae scribere non solent, hic non licet. Nam quid sibi vult orator initio huius prooemii? Utique se excusare, quod primus surrexerit. Quae excusatio posita est non in eo, quod ille oratoribus, qui ante eum dixerunt, assensurus sit (hoc enim est ridiculum), sed quod ab his iam antea de eisdem rebus saepe sit peroratum, ut ipse post illos ad dicendum aggrediatur. Unde fit, ut etiam *κατὰ τούτους*, ut Reiskius opinatur, sit absurdum. —

1419, 1] cf. or. de pace 57, 2. —

1419, 1] *ὡς ἐκ τοιούτων* — in tali rerum statu. Schaeferus. —

1419, 3—5] cf. or. Olynth. II. 24, 27 sqq. et or. de Chers. 99, 12 sqq. —

1419, 8—11] cf. or. Olynth. III. 29, 17 sqq. -

1419, 12—18] cf. or. Phil. I. 51, 5 sqq. —

1419, 14] *καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται* — *τὰ πράγματα* Sauppius et alii putant accusativum et ad verbum *ὑπερβήσεται* subaudiunt *τίς*, ut hunc locum convertant: er auch über die Ereignisse hinwegkommen sive auch die wirklichen Thatsachen übergehen wird. Quam interpretationem falsam esse iam Westermannus rectissime docuit[1]). Alii, qui ipsi *τίς* ad *ὑπερβήσεται* subaudiunt, velut Frankius, *τὰ πράγματα* perperam interpretantur *τῷ ὄντι* sive *τῷ ἔργῳ*, ut transferant: si quis, quae dicendo transierit, ea ipsa transierit. Neque magis verbum *ὑπερβήσεται*, ut Voe-

1) Cf. Ausgewählte Reden des Demosth., erklärt von Westermann. Erstes Bändchen, 5. Auflage 1866, in or. Phil. I. 51, 5.

melio et aliis videtur, hoc loco intransitive usurpatum esse intellegi potest. Mihi quidem Schaeferum secuto τὰ πράγματα nominativus esse videtur, ut haec verba cum Westermanno reddam: wenn alles das, was einer in seiner Rede unberührt lässt, auch die Ereignisse nicht berühren werden. —

Prooemium II.

1419, 19—24] cf. or. Olynth. III. 28, 13 sqq. —

1419, 25] cf. or. de fals. leg. 368, 12. Wolfius interpretatur ὅ brevitatem Graecam et ellipsin, ut ὅ sit pro δι' ὅ, nisi forte legendum est οὗ. Mihi quidem neutrum placet. Ego Voemelium (Demosthenis orat. de fals. leg., Lips. 1862 p. 471, 13) secutus, post ὅ καὶ θαυμάζω ante τίς cogitatione τόδ' ἐστὶ supplendum esse puto: was ich auch noch wissen möchte, ist das etc. —

1420, 2] σιωπῇ — pro σιωπῇ opinor cum Wolfio σιωπῶσι. Sententia est haec: oratores sunt, quibus pecunia solvenda sit et tacentibus et dicentibus; his scilicet maior quam illis. Sed isti, qui causam optimatium defendunt, ineptissimi sunt, ut dicentes illis maximo sint detrimento. Itaque aequum est optimates istis oratoribus maiorem pecuniam persolvere tacentibus quam dicentibus. —

1420, 16[οὖσι — suspicor cum Bekkero εἰσί. —

1420, 17] μεταλαμβάνειν — μεταλαμβάνειν recte: participem esse nullius rei, id est, nullius auctoritatis. —

Prooemium III.

Hoc prooemium totum invenimus usurpatum in oratione Olynth. I, in qua haec verba sola sunt leviter immutata: Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄ. Ἀ., χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, ἂν φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει περὶ ὧν

νυνὶ σκοπεῖτε. ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν. —

Prooemium IV.

1421, 5] *ἁπάντων* — est generis neutrius. —

1421, 12] *τούτῳ* — id est, *τῷ μακρολογεῖν.* —

Prooemium V.

In quibusdam codicibus legimus *ὁρῶν μὲν γὰρ*, ut hoc prooemium coniungendum sit cum priore. Jam recte Imm. Bekkerus Aldinam et Bavaricum secutus, in quibus *ὁρῶ μὲν* invenimus, scripsit *ὁρῶ* et vocabulo *γὰρ* deleto hinc novum prooemium est orsus. —

1421, 24] *ὧν ὑμεῖς ὡρμήκατε* — intellegendum est *ἢ ταῦτά ἐστιν, ἃ ὑμεῖς λέγειν ὡρμήκατε*: quam ea sunt, quae dicere vos valde avetis. —

1422, 3] *οἴεσθαι* — subaudi *ὑμᾶς.* —

1422, 5] *μεταγιγνώσκειν* — sententiam sive consilium mutare. —

Prooemium VI.

1422, 10] *παρὰ πάντων* — *παρὰ* c. gen. pro *ὑπὸ* c. gen. in genere passivo apud scriptores orationis solutae est rarius. Cf. prooem. X. 1425, 14: *παρὰ μὲν γὰρ τῶν ὅλως ἀποστερεῖσθε κ. τ. λ.* et or. contra Androt. 593, 8: *τὸ παρ' ὑμῶν ἀδίκως ἐκπεσεῖν κ. τ. λ.* —

1422, 14] *ἑαυτῶν* — pro *ἀλλήλων.* —

1422, 25] *οὐδ' ὅλως τῶν αὐτῶν τούτοις οὐδὲν ποιήσω* — *τῶν αὐτῶν* pendet ab *οὐδὲν*: neque omnino quidquam eorundem faciam quae isti. —

Prooemium VII.

Hoc prooemium nonnullis dumtaxat verbis mutatis est idem, quod legimus in oratione de classibus. —

1423, 3] συμφέροντα — est generis masculini. —

1423, 1—8] cf. or. Phil. III. 110, 15 sqq. et or. de lib. Rhod. 201, 2 sqq. et or. Olynth. III. 34, 14 sqq. et or. Phil. II. 68, 17 sqq.; vide etiam prooem. IX. 1425, 1—7 et prooem. XVII. 1429, 17—21. —

1423, 5] ἐγχειροῦντες — in prooemio orationis de class. est λέγειν additum. —

1423, 7] τὴν ἀρετὴν ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης — virtutem minorem quam existimata est. —

1423, 8—9] in or. de class.: ἐγὼ δ' ἐκείνων μὲν ἔπαινον τὸν χρόνον ἡγοῦμαι μέγιστον ... —

1423, 14—18] in or. de class.: εἰ μὲν ἡμεῖς ἅπαντες οἱ μέλλοντες λέγειν δεινοὶ φανείημεν ὄντες ... πᾶς ὁ παρὼν φόβος λελύσεται. —

1423, 16—18] cf. or. Phil. I. 44, 7 et prooem. XXI. 1432, 25. —

Prooemium VIII.

Hoc prooemium est idem, quod scriptum invenimus in oratione pro Megalopolitis praeter tres locos, qui in hoc sunt: οὐχ ὑμῶν ὄντες πολῖται et τὸ τῇ φωνῇ λέγειν Ἀττικῶς et ἀπὸ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ὑφ' ἁπάντων pro οὐχ ὑμῶν ὄντες et τὸ τῇ φωνῇ λέγειν ἀττικιστὶ et ἐκ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ὑπ' αὐτῶν. —

1424, 2] εἴ τις αὐτῶν ἀφέλοι τὸ γιγνώσκεσθαι καὶ τὸ τῇ φωνῇ λέγειν ἀττικιστὶ — si quis ab eis abstrahat cognosci et voce Attice dicere, id est, nisi noti essent et Attice dicerent. —

1424, 14] ὑπ' αὐτῶν — id est, τῶν τε τοῖς Ἀρκάσι καὶ τῶν τοῖς Λακεδαιμονίοις συνειρηκότων. —

Prooemium IX.

1424, 18] ὅτι — est oppositum κακίᾳ. —

1424, 23] *διὰ τοὺς καιροὺς ἐνίων* (scil. *πράξεων) ὑπεναντίων αὑταῖς* — quod propter tempora nonnullae (scil. res) sunt inter se contrariae. —

1424, 25] cf. or. Olynth. III. 33, 28. —

1425, 1—7] cf. or Phil. III. 110, 15 sqq. et or. Olynth. III. 34, 14 sqq.; vide etiam prooem. VII. 1423, 1—8 et prooem. XVII. 1429, 17—21. —

Prooemium X.

1425, 10] *προτιθέναι* — subaudi *αὐτὰ (τὰ παρόντα).* —

1425, 12] *ὡς ἐκ τῶν ῥηθησομένων δοκιμάσαι δέον* — quasi ex iis, quae dicentur, eligendum sit. —

1425, 14] *παρὰ μὲν γὰρ τῶν* — *παρὰ* c. gen. pro *ὑπὸ* c. gen. vide prooem. VI. 1422, 10. —

1425, 18] *ἔστι δὲ ἁμαρτάνειν μὲν βουλομένων* — est autem eorum, qui errare volunt. —

1425, 20] cf. prooem. XVIII. 1430, 6. —

Prooemium XI.

1426, 3] *καθ' ὅτου πέπεικεν ἕκαστος ἑαυτὸν* — subaudi *λέγειν.* —

1426, 5] *ἔχοι* — recte; *εἰ δέ τίς τι .... εἰπεῖν ἔχοι* est convertendum: wenn aber einer etwas .... zu sagen haben sollte sive wenn aber etwa einer etwas .... zu sagen hat. —

1426, 5] *ἀποφαίνεσθαι* — pendet ab *δεῖ.* —

Prooemium XII.

1426, 15] cf. or. de cor. 319, 13 et or. de Megalop. 210, 22. —

1426, 25] *ὥσπερ ὑπὲρ πόλεως προσήκει βουλευομένους* — ad *προσήκει* subaudiendum est *σκοπεῖσθαι* et *ὑπὲρ πόλεως* pendet ab *βουλευομένους*: ut eos decet, qui de republica consultant. —

1427, 2] *ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἐστὲ* — propter quas (scil. leges) vos estis, id est, quas ad tutandas vos designati estis. —

1427, 2] *τῶν νόμων .... ἀξιόχρεῴ εἰσι διαφθαρέντων δίκην δοῦναι* — legum sublatarum poenis dandis sufficiunt. —

Prooemium XIII.

1427, 5] *εἴ τις ὢν ἰδιώτης καὶ τῶν πολλῶν ὑμῶν εἷς ..... εἴποι* — si quis, qui privatus et unus ex multitudine vestra est, ... dixerit. —

1427, 15] *ὥσπερ ἐκ γένους* — tamquam e familia vel genere, hoc est, hereditarium. Wolfius. —

Prooemium XIV.

Post *βουλοίμην* in codice Bavarico et Aldina *τοίνυν* est additum, ut hoc prooemium cum superiore connectatur. Recte plurimi vocabulo *τοίνυν* omisso inde novum prooemium sunt orsi. —

1427, 26] *τὰ τῶν ἄλλων* — id est, *τὰ τοῖς ἄλλοις προσήκοντα*. —

1427, 27] *ποιῶν δ' αὐτὸς ἕκαστος οὐχ αἱρεῖται* — *αἱρεῖται* est corruptum pro *χαριεῖται*, quod verbum in plurimis codicibus exstat: nemo autem ipse faciens (scil. *τὰ δέοντα*) gratificabitur (scil. civitati). Atque post *χαριεῖται* signum interrogationis est ponendum. —

1428, 1] *ἐπιτιμᾶν ..... εὐλαβεῖσθαι* — pro his infinitivis nobis Paulinam et marginem Lutetianae secutis legendum est: *ἐπιτιμᾷ ..... εὐλαβεῖται*. Quibus lectionibus nisi utimur, hic locus est absurdus. —

1428, 4] *ὃς εἴσω τῆς εἰρωνείας ἀφίξεται* quod intra istam dissimulationem veniat, id est, interpellet, abicere cogat. Wolfius.

Prooemium XV.

1428, 11] cf. or. Olynth. I. 12, 2. —

1428, 13—16] cf. or. Olynth. III. 29, 8 sqq. —

1428, 18—20] cf. or. Olynth. III. 31, 29 sqq. —

1428, 20—23] cf. or. Olynth. I. 13, 29 sqq. et or. Phil. II. 74, 4 sqq.; vide etiam prooem. XXXVIII. 1447, 4—5 et ibid. 1447, 10—12. —

Prooemium XVI.

1429, 1] *τὰ τῶν ἄλλων δεινὰ ἐπανορθεῖν* — mala aliorum sarcire. —

1429, 6] *τὴν δόξαν ..... κατὰ τῆς πόλεως* — opinionem .... de urbe. Schaeferus. —

1429, 7] *καὶ βούλομαι* — est subaudiendum: *ἀληθῆ εἶναι.* —

Prooemium XVII.

1429, 13] *ἀφέντα .... περὶ αὐτῶν* — subaudi *προσήκει πειρᾶσθαι λέγειν.* —

1429, 17—21] cf. or. Phil. III. 110, 15 et or. Olynth. III. 34, 14 et prooem. IX. 1425, 1—7. —

1429, 20] *ἢ πῶς* — pro *πῶς* in margine Lutetianae legimus *ὅπως*, quod mihi quidem magis probatur. —

1429, 21] *οὔ φημι δεῖν* — intellegendum est *ποιεῖν.* —

Prooemium XVIII.

1430, 6] cf. prooem. X. 1425, 20. —

Prooemium XIX.

1430, 22] *ταῦτ' ἀμφότερα* — *ἅ τε συνερῶ καὶ ἃ ἀντερῶ.* Schaeferus. —

1430, 24] cf. or. de Megalop. 202, 15. —

Prooemium XX.

1431, 12—16] cf. prooem. XXXI. 1441, 3—5. —

Prooemium XXI.

Sententia verborum, quae ab initio prooemii usque ad 1432, 8 legimus, est haec: Priore tempore, quo vos quietos esse oportuit, non quievistis neque cuiquam eorum, qui rempublicam gubernant, sed eis, qui vos contionibus delectant, solis auscultatis. Unde factum est, ut respublica detrimenta acceperit gravissima. Nunc autem, ubi vos non quiescere oportet, estis quieti neque quemquam auditis nisi istos oratores, cum alii dicere impediantur. Hinc fit, ut item multa non ita sint, ut volumus. Quod si vos nihil aliud appetitis quam quod ad id temporum, vobis nihil aliud faciendum est quam ut consilia capiatis non curantes[1], utrum ea efficiantur necne. Nam adhuc satis habuistis quam maximas copias decrevisse, at non instruxistis neque duxistis contra hostem, velut cum Philippum et in Hellesponto esse et Paralum sacram triremem ex litore Marathonio abducere comperistis. Quo evenit, ut semper maximas caperetis calamitates. —

1431, 20] *μηδενὶ συμπολιτευόμενοι* — nemini *τῶν πολιτευομένων* auscultantes. Significat omnes reipublicae calamitates hinc ortas esse, quod prava *τῶν δημηγορούντων* consilia secuti sint. Schaeferus. —

1431, 22] *τὰ νῦν γεγενημένα* — haec verba spectare videntur ad socios, qui anno trecentesimo quinquagesimo quinto ab Atheniensibus defecerunt. —

1431, 25] *νῦν δ'* — quando vel maxime oportet *μὴ ἄγειν ἡσυχίαν*. Schaeferus. —

1431, 26] *λόγου τυχεῖν ἔστι* — dicendi potestas datur. Wolfius.

1431, 27] εἰ μὲν οὖν κ. τ. λ. — hunc locum corruptum esse Wolfius et alii existimant. Mihi quidem is satis bonam sententiam habere videtur, si ita legas, ut πυνθάνεσθαι ..... σκοπεῖν ..... πάσχειν pendeant ex βούλεσθε. —

1431, 28] καὶ σκοπεῖν — recte, non καὶ μὴ σκοπεῖν, ut Wolfio videtur; nam καὶ σκοπεῖν explicat verba ἀεὶ ταὐτὰ πυνθάνεσθαι. —

1432, 1] πάσχειν — recte, non φάσκειν, ut Wolfius opinatur. —

1432, 1] οἷάπερ νυνὶ — his verbis amissio oppidorum Amphipolis, Pydnae, Potidaeae, Methones significari videtur. —

1432, 2] ἅπερ — subaudi ἐψηφίσασθε. —

1432, 6—8] ἐν Ἑλλησπόντῳ ..... εἰς Μαραθῶνα vide supra p. 15. —

1432, 19—22] cf. or. Phil. I. 53, 24 sqq. —

1432, 22] cf. or. Olynth. I. 13, 27. —

1432, 24] cf. or. Phil. I. 44, 4. —

1432, 25—31] cf. prooem. VII. 1423, 16 et or. Phil. I. 44, 4 sqq. —

Prooemium XXII.

1433, 10] ἐκείνοις ....., ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις — refer ad περὶ τῶν ἰδίων ....., ὑπὲρ τῶν συμμαχικῶν ἢ τῶν κοινῶν. —

1433, 12] εἰς οὓς ἂν ἥκωσι — ad quos eae (πράξεις) venerint. Res enim in eorum potestate sunt, a quibus geruntur. —

1433, 12] τῆς δ' ὑπὲρ τούτων δόξης — pendet ab κύριος ἔσται: nemo tantus est, ut existimationis, quae actiones sequitur, sit dominus. —

1433, 14] τινα — coniungendum est cum ὁποίαν: qualemcunque. —

1433, 15] *διήγγειλαν* — aorist. gnom. —
1433, 16—19] cf. or. de lib. Rhod. 196, 15 sqq. —

Prooemium XXIII.

1434, 1—3] cf. or. Olynth. I. 14, 3 sqq. —
1434, 8—14] cf. or. Phil. I. 54, 29, sqq. —

Prooemium XXIV.

De hoc prooemio vide supra p. 13 sqq.

1434, 17] *οἱ πρέσβεις* — scil. Rhodiorum, at non factionis aristocraticae, ut Schaefero videtur, sed democraticae. Nam quid optimates, penes quos summa potestas erat, Athenas legatos, qui auxilium peterent, misisse putas? —

1434, 22—24] intellegenda est confutatio *ἀδίκων ἐγκλημάτων*, qualia nunc Rhodiorum legati in Athenienses iactarunt. Schaeferus. —

1434, 22—24] constructio est haec: *ἐν δὲ τῷ μὴ ἔχειν λέγειν τὰ δίκαια ὑπὲρ αὐτῶν ἀξίως τῶν ὑπαρχόντων, εὑρήσομεν τὸ ὄνειδος αὐτῆς τῆς γνώμης τῆς τῶν τοῦτο παθόντων*: suam causam iustam pro dignitate eius defendere non posse dedecus ingenii eorum esse, quibus id accidit, inveniemus. —

1435, 2] cf. or. de lib. Rhod. 191, 4. —

1435, 15] cf. or. de lib. Rhod. 195, 1. —

1435, 20] cf. prooem. XXVII. 1437, 27 et or. de lib. Rhod. 191, 9. —

1435, 20] *διαβάλλουσι πρὸς ἡμᾶς* — recte Wolfius *πρὸς* delevit, cum *διαβάλλουσι* sine ulla dubitatione pertineat ad Athenienses: alii quidam (optimates Rhodii), qui suos cives servitute opprimere volunt, nos calumniantur. —

Prooemium XXV.

1435, 25] *εὐτυχῶς καὶ ἄλλως* — *ἄλλως*, id est, *ἀτυχῶς*. —

1435, 25] πράξασι — εἰ ἐπράξατε. —

1435, 26] λέγειν γὰρ εὐφήμως πάντα δεῖ — semper enim bene ominari oportet. Schaeferus. —

1435, 29] ὑμᾶς αὐτοὺς — ὑμᾶς pendet ab ἐξαπατᾶν et αὐτοὺς ab αἰτιᾶσθε. —

1435, 27—30] cf. prooem. XXVI. 1436, 28 — 1437, 4. —

1436, 1—7] cf. or. de cor. 292, 16 sqq. —

1436, 2] ὡς ἄνθρωπος — ut homo: soweit ein Mensch es vermag etc. referendum est ad ζητῆσαι καὶ λογίσασθαι τὰ βέλτισθ'. —

1436, 13] ὡς εὔνους — ut benevolus. —

1436, 17] μανίας pendet ab εἶναι. —

Prooemium XXVI.

1436, 19] εἴη ..... ταὐτὰ καὶ δοκοῦντα βέλτισθ' ὑμῖν εἶναι καὶ ὄνθ' ὡς ἀληθῶς — utinam fiat, ut eadem et optima vobis videantur et re vera sint. —

1436, 23—25] cf. prooem. XLVI. 1454, 6—8 et or. de cor. 227, 23 sqq. et or. contra Aphob. III. 844, 9 sqq. —

1436, 28] νομίζω δὲ καὶ ὑμᾶς — subaudi εἰδέναι. —

1436, 28 — 1437, 4] cf. prooem. XXV. 1435, 27—30. —

1437, 6] τούτοις — est pleonasmus emphaticus. —

1437, 7] ἂν μὲν γὰρ διδάξαι δυνηθῶσι — scil. οἱ ἀντιλέγοντες. —

1437, 9] τοῦτο πράξαντες — id est, διδάξαντες. —

1437, 11] ὅσα ἀνθρώπων ἦν ἔργον, ἀκοῦσαι, τούτων τετυχηκότες — ὅσα et τούτων recte, non ὃ et τούτου, ut Schaefero videtur; nam in lingua Graeca saepius in pronominibus numerum pluralem invenimus pro singulari; ἀκοῦσαι est additum epexegetice: si id, quod hominum est, hoc est, quod quivis homo postulare potest, consecuti erunt, ut audiantur. —

Prooemium XXVII.

Totum prooemium ad verbum est usurpatum in oratione de libertate Rhodiorum; haec verba sola sunt levissime mutata: pro ἔστι μὲν οὖν ὧν ἐγὼ νομίζω et βουλείσησθε ὑπὲρ αὐτοῦ legimus in oratione: ἔστι μὲν οὖν ἓν ὧν ἐγὼ νομίζω et βουλεύσησθε περὶ αὐτοῦ. —

1437, 27] cf. prooem. XXIV. 1435, 20. —

Prooemium XXVIII.

1438, 4] πρὸς ἃς — ad quas; significat causam: auf welche hin. —

1438, 5] ἄνευ λογισμοῦ τι πεπονθέναι — sine ratione nonnihil permotos esse. —

1438, 18] οὐ τῷ δοκιμάζοντες διαμαρτεῖν, ἀλλὰ τῷ φύσει πονηρὰ ἐπιθυμεῖν πράττειν τοιαῦτα προαιρεῖσθαι δόξετε constructio est haec: δόξετε τοιαῦτα προαιρεῖσθαι οὐ τῷ δοκιμάζοντες διαμαρτεῖν, ἀλλὰ τῷ φύσει ἐπιθυμεῖν πράττειν πονηρά: non quod iudicio erratis, sed quod natura id nitimini, ut mala faciatis, talia praeoptare videbimini. —

1438, 22] οἱ μὲν ἀγνοεῖν — subaudi ὑμᾶς ἐροῦσι. —

Prooemium XXIX.

1439, 18] κόπτω — obtundam, fatigem. Fere idem valet quod ἐνοχλῶ. Schaeferus. —

Prooemium XXX.

1439, 21] εἰ δ' ἄρα μὴ πρόδηλος ἦν — subaudi ὁ πόλεμος. —

1439, 27] cf. or. Olynth. III. 30, 9 et prooem. XLI. 1449, 9. —

1440, 6] cf. or. Phil. 51, 17. —

1440, 8—14] cf. or. Phil. I. 40, 11 sqq. et or. Phil. III. 111, 23 sqq. —

Prooemium XXXI.

1440, 21] cf. or. Phil. III. 114, 7. —

1440, 27] *τὸ γὰρ καταρᾶσθαι συμβουλεύοντ' ἴσως ἔστ' ἄτοπον* — nam devovere consiliarium quendam fortasse est alienum. —

1441, 3—5] cf. prooem. XX. 1431, 12—16. —

Prooemium XXXII.

1441, 6—11] cf. prooem. XXXIII. 1442, 20—21 et prooem. XLVI. 1453, 19—21 et or. de cor. trier. 1233, 4 sqq. —

1441, 9] *ἀντὶ τοῦ δεινοὶ λέγειν* — scil. *εἶναι νομίζεσθαι.* —

1441, 11—13] cf. prooem. VII. 1423, 1—8 et prooem. IX. 1425, 1—7 et prooem XVII. 1429, 17—21 et or. Phil. III. 110, 15 sqq. et or. Olynth. III. 34, 14 sqq. —

1442, 2] *καὶ γὰρ εὔηθες ..... λόγον αὖ τὸν μέλλοντα βελτίω λέγειν καὶ μᾶλλον συμφέρονθ' ὑμῖν καταδεῖσαι* — constructio est haec: *καὶ γὰρ εὔηθες τὸν μέλλοντα βελτίω καὶ μᾶλλον συμφέροντα λέγειν λόγον καταδεῖσαι*: stultum enim est eum, qui meliora et utiliora vobis dicturus sit, vereri orationem. —

1442, 10] *ἂν δ' ἄρα ἕκαστα λογιζόμενος ἀλλοιοτέροις φανῇ* — pro *λογιζόμενος ἀλλοιοτέροις* legendum est *λογιζομένοις ἀλλοιότερος*: sin autem singula considerantibus deterior (oratio) visa sit. —

1442, 11] *μεταβουλεύεσθαι* — est idem, quod *μεταγιγνώσκειν* sive *μεταπείθεσθαι*: sententiam mutare. —

Prooemium XXXIII.

1442, 14] *εἰ δ' ἄρα ταῦτ' ἄλλῃ πῃ συμβαίνοι* — si vero aliter cadat. Schaeferus. —

1442, 15] ἐμαυτῷ γ' ἂν εἰρῆσθαι — ἐμαυτῷ est coniungendum cum εἰρῆσθαι pro ὑπ' ἐμαυτοῦ. —

1442, 20] cf. prooem. XXXII. 1441, 6—11 et prooem. XLVI. 1453, 19 et or. de cor. trier. 1233, 4. —

1442, 24—30] cf. prooem. VII. 1423, 1—8 et prooem. IX. 1425, 1—7 et prooem. XVII. 1429, 17—21 et prooem. XXXII. 1441, 11—13 et or. Phil. III. 110, 15 sqq. et or. Olynth. III. 34, 14 sqq. et or. de lib. Rhod. 201, 2 sqq. —

Prooemium XXXIV.

1443, 13] ὅτι οἱ τότε — hoc ὅτι iteratum est epexegeseos gratia, ut praemissum ὅτι per hoc alterum ei subiectum declararetur. Reiskius. —

1443, 15] συνειπεῖν — recte, non ut Wolfius opinatur ἀντειπεῖν: ea, quae tum decreta sunt (quae scilicet nunc quidam improbant), defensuros audire noletis. —

1443, 16] ταῦτα — τὰ τότε δόξαντα. Schaeferus. —

1443, 17] τούτων — ea scilicet, quae vos hac in contione decernetis. Reiskius. —

1443, 19—20] cf. prooem. XXXV. 1444, 14—16. —

1443, 21] τῶν πρὸ ὁδοῦ τι — τὰ πρὸ ὁδοῦ sunt τὰ λυσιτελοῦντα: ea, quae adiuvant et expediunt rem. Wolfius. —

1443, 21] εἴητε δ' ὥσπερ τῶν τὰ θέατρα προκαταλαμβανόντων — neque numeremini quasi in eis, qui in theatro sedilia primi occupant. Ut enim hi manent in iis sedilibus, quae primi occupaverunt, ita vos quoque in sententia eorum, qui primi dixerunt. —

1443, 29] ἐντεθυμῆσθαι — pendet ab πεπεῖσθαι. —

Prooemium XXXV.

1444, 14—16] cf. prooem. 1443, 19—20. —

1444, 15] *μήτε πέρας μηδὲν ἔχειν* — pro *ἔχειν* in margine Lutetianae legitur *εἶχε*, quod mihi quidem rectius esse videtur. —

1444, 16] *παρανοίας θ' ὑμεῖς κατεγιγνώσκετε ὑμῶν αὐτῶν* — ad *παρανοίας* subaudi *δίκην* velut in or. contra Aristoc. 790, 19: *ὅτι παρανόμων αὐτοῦ κατέγνωτε.* —

1444, 20] *βεβουλευμένων* — est generis neutrius. —

1444, 21—23] cf. or. de cor. 291, 13 sqq. —

Prooemium XXXVI.

1445, 18] *παρὰ τὸ ..... οὐκ ἐθέλειν* — *οὐκ ἐθέλειν* ac non *μὴ ἐθέλειν*, quod una notione subiecta positum est pro *ἐξαρνεῖσθαι* pariter atque *οὔ φημι.* —

1446, 1] *συμφέροντα ..... ἀφεστηκότα* coniunge cum *λόγον.* —

Prooemium XXXVII.

De hoc prooemio vide supra p. 16 sqq.

1446, 11] *πότερα ἐγνωκώς* — Mytilenaei sint digni, quibus iniuriam passis Athenienses opitulentur necne. Schaeferus. —

Prooemium XXXVIII.

1446, 28] *ἐκ πλείονος ..... καὶ χαλεπωτέρου σώζειν* — pluribus difficilioribusque negotiis expedire. Schaeferus. —

1447, 4—5 et 1447, 10—12] cf. prooem. XV. 1428, 20—23 et or. Olynth. I 13, 29 sqq. et or. Phil. II. 74, 4 sqq. —

Prooemium XXXIX.

1447, 25] *καί τι δαιμόνιον τοῦτ' ἀπέκειτο* — divinitusque hoc destinatum erat. Schaeferus. —

1447, 27] *τὰ μὲν γὰρ τῆς τύχης ὀξείας ἔχει τὰς μεταβολὰς καὶ κοινὰς ἀμφοτέροις τὰς παρουσίας* — nam fortuna

habet celeres mutationes et ambobus (scil. et felicibus et infelicibus) communiter adest, ut modo alteros labefactet, modo alteros erigat. —

1448, 8] *κἂν τοῦτο πρὸς ὑμῶν ἤδη γίγνοιτο* — etiam hoc a vobis fuerit, id est, profuerit vobis. Wolfius. —

Prooemium XL.

1448, 10] *περὶ ἧς οἴσθε πόλεως* — ad *πόλεως* subaudi *συμμαχίδος*: non modo de ea civitate socia mihi videmini deliberare, de qua putatis, sed de omnibus. —

1448, 23] *τοὺς αὑτῶν κόλακας* — *αὑτῶν* constructio *κατὰ σύνεσιν*. —

1448, 25] *οὔτ' ἀναγκαίους μᾶλλον ἐχθροὺς ἂν τούτων εὕροιτε* — *τούτων* scil. *τοὺς κόλακας* et *μᾶλλον* coniungendum est cum *ἀναγκαίους*: neque enim inimiciores neque quos inimicos vestros esse magis necesse sit his reperietis. —

Prooemium XLI.

1449, 9 11] cf. or. Olynth. III. 30, 9 sqq. —

1449, 14—16] cf. or. de Chers. 109, 12 sqq. —

1449, 26—28] cf. or. Olynth. I. 12, 5 sqq. —

1450, 4—5] cf. or. Phil IV. 141, 3 sqq. —

Prooemium XLII.

1450, 9—11] cf. or. Phil. III. 125, 2 sqq. —

1450, 20] *ἀλλ' ἃ τοὺς ἰδίᾳ περιμένοντας ἀβελτέρους νομίζετε* — *ἃ* pendet a *περιμένοντας*: sed quae privatim exspectantes stultos putatis. —

1450, 22] *παθόντες αἰσθέσθαι* — subaudi *ὥστε*. —

Prooemium XLIII.

1450, 28] *τοὺς δὲ πλησίον ὄντας ἁμαρτημάτων* — eos

vero, qui prope peccata sunt, id est, qui animadvertunt errata sua. Wolfius. —

1451, 2] παρέχει — scil. τὸ κακῶς πράττειν. Ille ipse malorum sensus sobrios et moderatos facit. Wolfius. —

1451, 4] οὐδὲν γὰρ οὔτε φυλαττομένοις οὕτω δεινὸν ὥστ' ἀφύλακτον εἶναι, οὔτε ὀλιγωροῦσιν ἀπροσδόκητον παθεῖν neque enim quidquam caventibus est adeo horrendum, ut nihil praesidii sit, neque ullum malum socordibus, quod eis inopinantibus non eveniat. —

1451, 4—6] cf. or. Phil. I. 41, 2 sqq. —

1451, 10] ὥσπερ ἐστὶ προσῆκον φάσκοντάς γε μηδένων ἀπολείπεσθαι τῷ σωφρονεῖν — ad ἐστὶ προσῆκον subaudi φυλάξασθαι: ut eos decet, qui dicunt quidem se nemini cedere modestia. —

Prooemium XLIV.

1451, 23] ἄλλοις — recte, non ἄλλους, ut Reiskio videtur. —

1451, 24] μετὰ τούτων — id est, οἱ ταὐτὰ γιγνώσκοντες ἐμοί. —

1451, 24] τοὺς ἑτέρους — id est, οἱ τἀναντία γιγνώσκοντες ἐμοί. —

1452, 2] μετ' ἐλέγχου — coniungendum est cum ἔσεσθ' ᾑρημένοι. —

Prooemium XLV.

De hoc prooemio vide supra p. 17 sqq.

1452, 10] μὴ κεχωρισμένον ᾖ λόγον εἰπεῖν εὖ καὶ προελέσθαι πράγματα συμφέροντα — ne aliud sit probabiliter dicere, aliud consilia inire salutaria. Schaeferus. —

1452, 14] τῶν γὰρ εἰθισμένων τοῦτο τὸ πρᾶγμα — ad εἰθισμένων subaudi λέγειν: non eorum est, qui in dicendo sunt exercitati. —

1452, 17] *τοῦτ' ἐμποιοῦσι* — scil. *τὸ νοῦν ἔχειν*. —

1452, 21] *αὐτίκα γὰρ* — nam ut exemplo utar. —

1452, 25] *τὴν τοῦ ῥήματος τούτων σεμνότητα* — pro *τούτων* legendum est *τούτου*. —

1453, 1] *πρό τε τοῦ λέγειν καὶ πρὸ τοῦ πράττειν ἐστι* — id est, dicere facilius est quam agere. —

Prooemium XLVI.

1453, 10] *πλὴν γὰρ οὐκ ἔχω τίνος εἴπω* — vernacule: denn ausgenommen — ich weiss nicht was ich sagen soll. Schaeferus. —

1453, 19] *εἰ γὰρ ῥήτορες* — *εἰ* mihi quidem rectius esse videtur quam *οἱ* in Bavarico et Aldina. —

1453, 19—21] cf. prooem. XXXII. 1441, 6—11 et prooem. XXXIII. 1442, 20—21 et or. de cor. trier. 1233, 4 sqq. —

1454, 3] *εἴ τι δίκαιον* — subaudiatur *εἰπεῖν*. Schaeferus. —

1454, 6—8] cf. prooem. XXVI. 1436, 23—25 et or. de cor. 227, 23 sq. et or. contra Aphob. III. 844, 9 sq. —

1454, 6] *βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς ..... τῷ προῆχθαι τοὺς λόγους ἐπαινέσαι τοὺς τούτων φιλονεικεῖν* — *ἐπαινέσαι* pendet ab *φιλονεικεῖν*: velim ..... inducti certetis in istorum orationibus laudandis. —

Prooemium XLVII.

1454, 15] *κατὰ ταὐτὸ* — eodem modo. Wolfius. —

1454, 18] *πρὸς μὲν τοίνυν τοὺς ὑπειληφότας ταὐτὰ συμφέρειν* — ad *συμφέρειν* subaudiatur *λέγειν* et pro *ταὐτά* legitur in vulgata *ταῦτα*, quod vocabulum mihi quidem posteriora respicienti rectius esse videtur. —

Prooemium XLVIII.

1455, 11] οὐδ' εἰ τὸ δεύτερον, αὖθις — ad εἰ τὸ δεύτερον subaudiendum est ἐποίησαν ἃ ὑμεῖς προσετάξατε et ad αὖθις verba ἡμᾶς ἂν ἔδει λέγειν. —

1455, 15] „ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι“ — his verbis orator significat locum Sophoclis (Antigone 175—177), ubi legimus:

ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.

Hi et ceteri versus Antigones usque ad 190 citantur etiam in or. de fals. leg. 418, 21 — 419, 8. —

1455, 22] ὑπὲρ ὧν — ὑπὲρ c. gen. non ultra, ut Wolfius opinatur, sed ob sive propter. —

Prooemium XLIX.

1456, 7] δι' ὥραν ἡμέρας — ut tempus contradicendi non fuerit. Schaeferus. —

1456, 17] τὴν ἀειλογίαν προτεινομένους — ad rationes reddendas perpetuo se paratum profiteri. Wolfius. —

1456, 17] cf. or. de fals. leg. 341, 13 sqq. —

Prooemium L.

1457, 6—8] cf. or. de class. 180, 9 sqq. —

1457, 17] ὅπως μὴ τὰ ἢ τὰ γενήσεται, ἀλλ' ὅπως τὰ — ut non haec aut illa fierent, sed ut haec, id est, aliquid certum. —

Prooemium LI.

1458, 2] φανερὸν καθιστάναι — haec verba sunt sine dubio corrupta; ego suspicor cum Schaefero: φανεροὶ καθεστάναι. —

Prooemium LII.

Blassius (l. l. p. 282, annot. 2) hoc prooemium cum superiore vult connexum, id quod equidem non comprobo. —

Prooemium LIII.

1459, 10] *ἂν δέῃ* — haec verba, quae a margine Lutetianae absunt, mihi Schaeferum secuto delenda esse videntur. —

1459, 20] cf. or. Olynth. III. 36, 19; or. de Chers. 106, 6; or. Phil. IV. 149, 17; or. de cor. 271, 1; or. de Aristoc. 690, 6; or. de Timoc. 739, 20, or. contra Eubul. 1313, 8. —

1460, 1—4] cf. or. Olynth. III. 37, 24 sqq. —

Prooemium LIV.

De hoc prooemio vide supra p. 19.

1460, 15] cf. or. de fals. leg. 372, 2. —

Prooemium LV.

1460, 21] *εὐτυχῆσαι* — pro *εὐτυχῆσαι* legimus in margine Lutetianae *ἀτυχῆσαι*, quae lectio a verbis 1460, 23 — 1461, 4 abhorret. Itaque *εὐτυχῆσαι* recte: in una re (civitatem) infelicem fuisse puto, ut eam deficerent, qui e republica percipere niterentur utilitatem. Nam verba *ἐπιλείπειν αὐτὴν κ. τ. λ.* epexegetice posita sunt et explicant *ἕν*. —

1460, 23] *ὅραμα τοῦτο ἐποιεῖτο ὁ δῆμος αὑτοῦ καλὸν* — *ὅραμα* et *αὑτοῦ* recte, non *εὕρημα* neque *ἑαυτῷ* aut *ἐν ἑαυτῷ*, ut Wolfio et Reiskio videtur; vide supra p. 19 sqq. —

1460, 25] *οἵ τε γὰρ συνεχεῖς οἵδε* — *οἵδε* intellegendi sunt *οἱ τὰ κοινὰ καρποῦσθαι βουλόμενοι*, id est, *οἱ ἄδικοι καὶ πονηροί*, ut scholiastes quidam Lutetianae recte annotavit, non probi et frugi, ut Schaeferus quidem opinatur, id quod mihi verba *οἵ τε χρηστοὶ* et *παραζευγνυμένων κ. τ. λ.* respicienti absurdum esse videtur. —

1460, 25] *παραζευγνυμένων* — recte, non *παραζευγνυμένοι*, ut complures censent. —

1461, 1] *σφίσιν* — scil. *τοῖς τὰ κοινὰ καρποῦσθαι βουλομένοις*. —

1461, 1] *ἐξ ἰδιωτῶν* — significat idem quod *πολιτῶν*, oppos. *ξένων*. —

1461, 3] *ἐνοχλεῖν καὶ παραγγέλλειν* — se impudenter ingerere et ambire suffragia. Wolfius. —

1460, 25 — 1461, 4] Hic locus ita reddendus esse mihi videtur: Nam et isti (scil. mali) probis et iustis e civibus sibi adiunctis verecundiores se praestabant neque illi probi vestrum, qui magistratu digni sunt atque se impudenter ingerere et ambire suffragia prorsus nequeunt, ab honoribus repellebantur. —

1461, 6] *ὅνπερ τοὺς ἱερεῖς* — id est sortito atque adeo promiscue delectu bonorum et malorum non habito. —

1461, 9—12] Sensus: Cum omni studio hoc agatis, ut, si quis vestra ad se vindicet, ea illi eripiatis, tamen eosdem semper fungi munere strategorum patimini. Minores magistratus ulciscimini, si quid peculantur, maiores maximosque ab aerario quantum volunt furari sinitis. Schaeferus. —

1461, 12] *καὶ τὸ μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν πράξεων ὄντας* — subaudi *στρατηγεῖν ἐᾶν*, quae verba etiam ad *τὸ δὲ τοὺς ἄλλους* sunt supplenda. —

1461, 14] vide supra p. 20 sqq. —

1461, 17] *καὶ ὑμῶν αὐτῶν* — pendet ab subaudiendo *τινὰς*: etiam ex civibus vestris ut antea, non ex peregrinis solis. —

1461, 18] *ἂν γὰρ ὥσπερ εἰ ζυγὸν ἱστῆτε, πρόεισιν ὃς ἂν ἄξιος ᾖ τοῦ μετὰ ταῦτα αὐτός* — *μετὰ ταῦτα* mihi videtur

coniungendum esse non cum *του*, sed cum *πρόεισιν*: nam cum tamquam stateram statuetis, tum ultro praeponderabit, qui aliqua re (id est, aliquo magistratu) erit dignus. —

Prooemium LVI.

1462, 1] *ἄλλως τε καὶ ὥσπερ τούτων ἔνιοι δεινῶν ὄντων* — praesertim si valeas (scil. dicendo), ut nonnulli istorum. —

1462, 10—11] cf. or. Phil. II. 73, 21.